


1848

1. Die ...
 2. Die ...
 3. Die ...
 4. Die ...
 5. Die ...
 6. Die ...
 7. Die ...
 8. Die ...
 9. Die ...
 10. Die ...





1590.

Alphonsus, Johannes: De commodato. -

1662. Walzel, Sebastianus: De Legatio

1689.

Lombardius, Conradus Philippus: De dyglificationis statu
naturalis ac praeter naturalis.

1691.

Serika, Johannes Decanus: De successioneibus ab intestato.

1714.

1726

Wiederholdt, Johannes Ludovicus: de praerogativa

primogenitorum illustrium. 2 Bndt. 1714 & 1745.

1715

Wiederholdt, Johannes Ludovicus: De praerogativa

I Rom. Imp. Ecclesiae Trevirensis. 2 Bndt. 1715 & 1733

1717.

Cueckhoff, Henricus Hfr: De differentia inter pac-
tam nudam et contractum.

1720.

^{P. 8}
Niederholdt, Johann Ludovici: De oneribus territoriorum
diabitus principum regentium.

1750

^{1^a = 6}
Heringh, Victor. Charissa: Num expectative
in fenda imperii ius titularum atque insignium
habeat?

1757.

Burchardus, Helveticus: Partionem non fructuariam
nec veri nec quasi res fructus substantiam ingre-
di sed solum naturale externum attributum esse
... demonstratur.

1764.

Hobartus, Johann Henricus: Programma academi-
cum, quod ... commentiones ad praedilectiones
per semestre hyemale ... iuribus, ultimum
verborum Nov. F. XVIII Cap. 1. quantitatem posthabet
legitimae parentibus et potestatis Scholae, Ober-

insistentibus, genuinum sensum inquirere studet.

1765.

1. Ueberhard, Fr. Henr.: Scientiam feodi alienati gene-
ralem sufficere ad praescribendum jus retractus agna-
tionis, probatur.

1766. ✓

1. Burchardi, Wolfram: De usuris semivivibus lege
provinciali Normannica p. I. Cap. 9. § 7. itemq.
ordinat. politicae Nassav. p. I. § C. Num. 2. p. 1.
notis.
2. Ueberhard, Fr. Henr.: De praecipis politicae legitime
gestitae non anteponeendis.
3. Ueberhard, Fr. Henr.: De pactis dubiis ob supervenien-
tiam laborum tollendis.

1767.

- Ueberhard, Fr. Henr.: De jure agnatorum contra voca-
tionem de feudo transactionem vasalli facultatem trans;

'genet' generation simul illustrantes.

Q. D. B. V. 1715, 1^a 701
DISSERTATIO JURIS PUBLICI,
DE
PRAEROGATIVIS
S. ROM. IMP.
ELECTORIS TRE-
VIRENSIS.

QUAM
SACROSANCTA TRINITATE ADSISTENTE,

SUB
MODERAMINE ET DUCTU,
VIRI NOBILISSIMI ET CONSULTISSIMI,

DN. JOHANNIS LVDOVICI

Wiederholdt!

J. U. Lti, PROFESSORIS JURIS ORD. AC CONSILIARIUM DILLÆBURGICI,

Publice defendendam suscepit,

CAROLUS HENRICUS BEHMERUS,
HERSBACO-TREVIRENSIS.

AD DIEM FEBRUARII A. MDCCXV.

5) 0 (20

HERBORNÆ NASSAVIORUM,

TYPIS, JOHANNIS NICOLAI ANDREÆ.

SERENISSIMO ET REVE-
RENDISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,

D O M I N O

C A R O L O,
DEI GRATIA ARCHIEPISCO-
PO TREVIRENSI, S. R. I. PER
GALLIAM ET REGNUM ARE-
LATENSE ARCHICAN-
CELLARIO

A C

PRINCIPI ELECTORI,
EPISCOPO OSNABRUGENSI ET OLOMU-
CENSI, ADMINISTRATORI PRU-
MIENSI PERPETUO,

DUCI LOTHARINGIÆ ET BARRI,
MAGNO CASTELLÆ ET LEGIONIS ORDINIS
MELITENSIS PRIORI, REGIÆQUE CAPELLÆ
BOHEMIÆ COMITI, Reliqua.

PRINCIPI PIO, FORTI, OPTIMO,
DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.



SERENISSIME AC REVEREN-
DISSIME PRINCEPS,

DOMINE CLEMENTISSIME!



I hæc demum justitia est , quæ
suum cuique ita tribuit , ut non distrahatur

A 2

ab

071

os) 4. (so

ab ullius personæ justiore repetitione , ut
ait Iustus Tryphoninus in *L. bona fides 31.*
ff. Depositi ; haud certe ex longinquo pe-
tendæ erunt rationes hujus Dedicacionis ac
conatum meorum. Dum enim de Præ-
rogativis ELECTORI TREVIRENSI
competentibus agere mecum decrevi , ma-
ximorum me Criminum Reum constitue-
rem , si illud quod TIBI Trevirensis Ec-
clesiæ CAPITI unice debetur , commune
facere , ac in alios inverecunde transferre
non erubescerem. Et si ea quæ nostra sunt
cum nobismet ipsis Patriæ debemus , nemo
est cui magis ingenii hunc foetum , quam
TIBI Patriæ PATRI offerre possim. Si
denique in tanta Scriptorum copia , Zoili
morsus ac dentes Theoninos effugere vix
valemus ; quis vitio mihi vertet , si statim
ab initio de ejusmodi Defensore ac Vindice
mihi prospicio , qui potens est calumnian-
tium iniquitates repellere , ac stationem suam,
quam in Ecclesia tanquam ARCHI-PRÆ-
SUL

110
SUL, & inter Potestates seculares tanquam
PRINCEPS ELECTOR tenet, ipsemet
contra quoscunque tueri?

Accipe itaque SERENISSIME AC RE-
VERENDISSIME PRINCEPS, hoc qua-
lecunq; Sanctioris observantiae testimo-
nium, quod Heliconis alumnus, & Subditus
TUUS, Servorumque TUORUM infimus,
ad pedes TUOS provolutus, devotissima
mente offert. Quemadmodum Superi
non semper Nectare & Ambrosia dele-
ctantur, nec etiam omnitempore, pingui
Thure Tauroque favorem Numinis attra-
himus, sed nonnunquam aridis etiam Bac-
cis, crudisque Extis propitii nobis fiunt;
Sic primum hoc publicae Venerationis ar-
gumentum, quamvis fit rudi Minerva
exaratum ac sublimitatis TUÆ fastigio
longe inferius, non respues, sed Me,
meaque studia, Clementia TUA Principali
fovebis, proteges, prosequeris. Coeterum
VIVE SERENISSIME AC REVEREN-

A 3

DIS-

171
DISSIME PRINCEPS, Patriæ sospes fias,
felicior Augusto, melior Trajano, Antoni-
no innocentior, Marco prudentior, & invi-
dendæ Senectutis perennem sentias prospe-
ritatem gloriæque famam nunquam inter-
morituram ! Id quod ardentibus votis
devote precatur.

SERENISSIMI AC REVEREN-
DISSIMI TUI NOMINIS

Datum Herbornæ Nassæ-
viorum ip[s]is Calendis
Febr. 1715.

Subiectissimus Client

CAROLUS HENRICUS BEH-
MER.

SECTIO





SECTION I.

Quæ de Electoribus S. R. J. quadam generalia continet.

THESIS I.

NE illotis quasi, ut ajunt, manibus, rem nobilissimam aggrediamur, aut contra monitum JCTi in *L. i. ff. de Origin. jur.* neglectis principiis aut inferioribus, quæ cujusque rei potissima pars sunt, instar Clerici per saltum promoti, ad sublimiora adscendamus, generaliora quædam de Electorum definitione, divisione, origine aliisque prælibanda esse censemus.

THESIS II.

Electores ab eligendo dici in propatulo est; siquidem si sacrum Romanum Imperium vacare contigerit, ipsis potestas competit, ut novum Imperii Caput eligere possint. Aur. Bull. *Cap. 1.* Germanice appellantur *Wahl Fürsten* à voce eligere *wehlen* / vel etiam *Chur Fürsten* à vocabulo *Chur* / quod idem ac præmemoratum *wehlen* significat, unde etiam nobis Germanis vocabulum *erföhren* / *außerföhren* remansit. Vid.



8. (30)

Vid. Schwveder *in introdu ct. in ius publ. part. spec. sect. 2. cap. 2. num. 1.*

THESIS III.

Electores autem definiti possunt, quod sint Principes Imperii Archi-Officiales, Ecclesiastici ac Seculares, publica Imperii lege confirmati; ut Imperio Imperatore destituto, Regem Romanum in Imperatorem promovendum rite eligant, eumque Imperio præficiant. Vid. Aur. Bull. *cap. 1. 2. & 3.*

THESIS IV.

Variis sanctissimus hic Electorum Ordo maectatur elogii. Vocantur siquidem Palmites Imperiales, & septem candelabra lucentia in unitate Spiritus septiformis, Aur. Bull. *in præm.* Membra Imperii propinquo-
ra, dict. Aur. Bulla *in præm. & cap. 2. §. 8.* Columnæ pro-
ceres sacrum ædificium circumspexæ prudentiæ soler-
ti pietate sustentantes, quorum præsidio dextra Im-
perialis potentia roboratur, Aur. Bull. *cap. 3. §. 1.* Pars
corporis Imperatoris, Aur. Bull. *cap. 24. Des H. Röm.
Reichs innerste Glieder und Haupte- Säulen / Capitu-
lar. Imperatoris nostri Caroli VI. gloriosissime regnan-
tis art. 3. der Kayserl. Majest. innerste Räche / dict. Ca-
pitul. art. XI. in fin.* Vide Gestel. *de stat. publ. Europ. nov.
part. 2. Cap. 9. n. 1.* Schwveder *in introdu ct. in ius publ. part.
spec. sect. 2. cap. 2. §. 1.*

THESIS V.

Originem illustrissimi huius Ordinis investigare qui tentaverit, rem difficilem aggreditur ac multis Do-
ctorum contentioneibus expositam, ita ut vitando Cha-
rybdim facile in Scyllam incidere possit. Alii institutio-
nem ac natales huius Ordinis ad Carolum M. primum
Germanorum Imperatorem referunt. Vid. Rhetius *in
Instiit.*

Instit. jur. publ. 1. Tit. 2. §. 89. Alii ad Fridericum I. alii ad Henricum II. recurrunt. Alii ortum ejus Conrado II. alii Conrado III. alii Ortoni III. alii Gregorio V. Pontifici Romano adscribunt. Sunt alii qui occulta ejus initia esse sustinent, & tacito Principum consensu interveniente, immemoriali tempore introductum esse credunt, suæque opinionis fundamentum ponunt in *Aur. Bull. cap. 2. §. 8. ibi: Dierteil von alter/ guter und löblicher Gewohnheit/ r.* & *cap. 4. §. 5. in fine,* & *cap. 5. §. 3.* Nos in hac quaestione, quam obscuræ antiquitatis & modicæ utilitatis dicit Sprenger. in *Instit. jur. publ. Libr. 2. cap. 25. pag. m. 256.* unicuique liberam sentiendi facultatem relinquimus, & si curiosis rerum vetustarum Indagatoribus prædicta non sufficient, eos ablegamus ad *Lehmanni Chronicon Spirens. Libr. 5. cap. 17.* Addatur *Limnæus de jur. publ. Libr. 3. cap. 1. num. 1. 2. sequ.* Sprenger. in *Instit. jur. publ. Lib. 2. cap. 25. quæst. 2. pag. m. 256. sequ.* *Bets. de pact. Famil. illustr. cap. 7. §. 21.* *Reincking. de R. S. L. 1. Class. 4. cap. 3. num. 21. seq.* *Hermes in fasc. jur. publ. Cap. 12. n. 1. sequ.* *Schvveder. in Introduc. in jus publ. part. spec. Sect. 2. cap. 2. num. 2. 3. & 4.* *Schilter. in Institut. jur. publ. Lib. 1. Tit. 2. §. 8. & 9.* *Dn. Coccejus in jur. publ. prud. cap. 14.* *Ludvig de jur. adlegand. Ord. S. R. 1. cap. 4. §. 6.*

THESIS VI.

Numerus Electorum olim septenarius fuit, *Aur. Bull. in proæm.* Unde etiam Septem Viri vocantur & Collegium eorum Septem virale. *Reincking. de Reg. Sec. & Eccles. L. 1. Class. 4. c. 3. n. 15.* Nomina illorum Officiaque, continent versiculi illi barbari ac rudes, quos referunt *Lehmann. in Chronic. Spirens. Lib. 5. cap. 17.*

B

& Li-

871
ss (10.) ss
& *Limnæus de jur. publ. lib. 3. cap. 1. num. 25.* nimirum:

Moguntinensis, Trevirensis, Colonienſis,
Quilibet Imperii ſit Cancellarius horum.

Inde Palatinus Dapifer: {^{SEX}
DUX } portitor Enſis,

Marchio præpoſitus Camera, Pincerna Bohemus.

Hi ſtatuant dominum cunctis per ſecula ſummum.

Quare verò ab initio ſeptem fuerint conſtituti Electores, non plures vel pauciores, iterum inter juris publici Scrip-
tores eſt controverſum. Alii numero ſeptenario my-
ſticam aliquam virtutem, perfectionem ac ſanctitatem
adſcribunt; Alii propterea hoc factum eſſe ſentiunt, ut
tribus Electoribus à reliquis tribus diſſidentibus, quartus
alterutri parti accedens diſcordiam componere poſſit.
Denique alii alias rationes fingunt, quas omnes exa-
minat *Limn. de jur. publ. Lib. 3. Cap. 1. num. 27. ſequ.*
Illud eſt in proparulo calamitoſum illud ac funeſtum
tricennale bellum, octavum extorſiſſe Electoratum,
publicæ tranquillitatis cauſa in Inſtrumento Pacis Cæ-
ſareo Suecico de Anno 1648. art. 4. §. 5. inſtitutum ac
confirmatum. Tandem in Anno 1692. conſentien-
tibus Sacratiffimo Imperatore Leopoldo glorioſæ me-
moræ, & majori parte Auguſtiſſimi Electoralis Colle-
gii, in gratiam de Patriæ publicæ ſalute bene meriti Se-
reniſſimi Principis ERNESTI AUGUSTI, Brun-
ſvicenſium & Luneburgenſium Ducis optimi, ejuſque
Poſteritatis glorioſæ, nonus acceſſit Electoratus, de
quo plura eaque notabilia apud Dn. Pſeſſinger *ad Vir-
riar. inſt. jur. publ. Lib. 1. Tit. 13. §. 1.* reperies, cui jun-
ge Dn. Ludovici Princip. German. Lib. 6. c. 1. p. m. 58.
& cap. 2. p. m. 66. & *diſt. lib. 6. cap. 3. §. 1. & 2.* Dn.
Titium in *Specim. jur. publ. Roman. German. Lib. 3. Cap. 1.*
§. 23.

§. 23. sequ. Dn. Schvveder. in *Theatr. pratensio. illustr.*
Lib. 4. Sect. 6. subsect. 1. cap. 1. Et quod novissimum,
 Instrumentum Pacis Badenſis de Anno 1714. artic. 13.
 in quo collatam à Sacra Cæsarea Majest. , cum S. R.
 Imperii consensu, Domui Brunsvico-Hanoveranæ Ele-
 ctoraalem dignitatem, Rex Gallia etiam agnovit. Num
 autem Regis exteri dissensus, Statibus Imperii legiti-
 mo modo dignitatem collatam, impedire aut dubiam
 facere possit, est alia hic non examinanda quæstio, cu-
 jus decisionem adjuvare potest Capitulat. Carol. VI.
art. 25. pr.

THESIS VII.

Prædicta docent ex *Novem viris* jam constare Ele-
 ctorale Collegium, quorum tres sunt Ecclesiastici, sex
 vero Seculares.

ECCLESIASTICI SUNT:

Moguntinus Archi-Episcopus, Imperii per Germaniam
 Archi-Cancellarius, de quo *Limnæus de jur.*
publ. L. 3. cap. 4. *Imhof in Notit. Procer. Imperii*
Libr. 2. cap. 2. *Schvveder. in Introd. in jus publ.*
part. spec. sect. 2. cap. 4. n. 1. 2. sequ.

Trevirensis Archi-Episcopus, per Galliam & Regnum
 Arelatense Archi-Cancellarius, *Limn. d. jur. publ.*
Libr. 2. cap. 5. *Imhof in Notit. Procer. Imp. Lib. 2.*
cap. 3. *Schvveder. dict. cap. 4. n. 4.*

Coloniensis, Archi-Episcopus ac per Italiam Archi-
 Cancellarius. *Limn. d. jur. publ. Lib. 3. cap. 6.* *Im-*
hof in Not. Procer. Imp. Libr. 2. Cap. 4. *Schvveder.*
dict. cap. 4. num. 5.

SECULARES SUNT:

Rex Bohemia, qui Archi-Pincerna Imperii. *Aur. Bull.*

B 2

Cap.

- cap. 7. §. 2. Imhof *in Notit. Proc. Imp. Lib. 2. cap. 5.*
 Schvveder. *in Introd. in jus publ. part. spec. sect. 2. cap. 5.*
- Dux Bavarix, Archi-Dapifer Imperii, Imhof *in Notit. Procer. Imp. Lib. 2. cap. 6.* Schvveder. *in Introd. in jus publ. dict. Cap. 5. §. 6. & 7.* Ludovic. *in Princip. German. Libr. 4.*
- Electoꝛ Saxonix, Sac. Rom. Imp. Archi-Marescallus, de quo Limn. *d. jur. publ. lib. 3. Cap. 10.* Imhof *in notit. proc. Imper. L. 2. cap. 7.* Schvveder *dict. c. 5. §. 8. 9. & 10.* Ludovic. *in Princip. Germ. Libr. 3.*
- Marchio Brandenburgensis, Sac. Rom. Imp. Archi-Camerarius, Limn. *de jus publ. Libr. 3. cap. 11.* Imhof *in Not. Pr. Imp. Libr. 2. cap. 8.* Schvveder. *in introduct. in jus publ. part. spec. sect. 2. cap. 5. num. 11. sequ.* Ludovic. *in Germ. Princ. Libr. 2.*
- Comes Palatinus Rheni, Sac. Rom. Imp. Archi-Thesaurarius, Limn. *de jur. publ. Libr. 3. Cap. 9.* Imhof *in Not. Proc. Imp. lib. 2. c. 9.* Schvved. *in Introduct. in jus publ. dict. cap. 5. n. 15. sequ.* Ludovici *in Germ. Princip. Libr. 5.*
- Dux Brunsvigo-Luneburgico-Hanoveranus, Sac. Rom. Imp. Archivexillifer, de quo, ac modo memorato ejus Archiofficio videatur Imhof *in Notit. Procer. Imp. Libr. 2. cap. 16.* Schvveder. *in Introduct. in jus publ. part. spec. sect. 2. cap. 5. num. 23.* Ludov. *in Germ. Princ. Libr. 6.* Titius *in spec. jur. publ. Libr. 4. cap. 2. §. 47. sequ.* ubi etiam subjicit, in eventum extincti octavi Electoratus, munus & insigne Archithesaurariatus, novo Electoꝛi tributum esse, Confer. Capitul. Carol. VI. art. 3. pr. sed cum de his omnibus, juris publici, Scriptores, modo recens-

174
cenſiti ac alii jam ex profeſſo egerint, dicta re-
petere, aut naviculam noſtram, vaſtiſſimi Oceani
fluctibus exponere nolumus.

SECTIO II.

*De Prærogativis quibusdam, quas Sereniſ-
ſimus ac Rever. Elector Trevirenſis cum
reliquis omnibus Imperii Statibus com-
munes habet.*

THEſIS I.

MAgis è re noſtra eſſe judicamus, miſſis generalio-
ribus ad ea deſcenſum facere, quæ rubricæ diſſer-
tationis noſtræ conveniunt, ac propoſito noſtro per
omnia reſpondent. Agendum ſiquidem nunc eſt de
iſſis prærogativis, Electori Trevirenſi competentibus.
Per has prærogativas autem nihil aliud intelligimus,
quam quædam jura ſingularia, ac privilegia, quibus Ele-
ctor Trevirenſis eſt ex ornatus. Germanice appellari
poſſunt juxta Capitulat. Caroli VI. *Art. 3. pr. §. Nach
demahlen ſich auch ic. ſonderbahre Rechten / Hoheis-
ten / Præminentien und Prærogativen.*

THEſIS II.

Has prærogativas autem diverſimode considera-
re licet. Sunt enim quædam, quas noſter Elector cum
omnibus Imperii Statibus communes habet, de quibus
in hac Sectione 2da agemus. Quædam, verò quæ non
omnibus Imperii Proceribus, ſed ſaltem S. R. I. Ele-
ctoribus competunt, quibus ſequentem Sectionem

211
86 (14.) 90
ziam destinavimus. Sunt quoque aliæ, quibus Elector Trevirensis, cum Ecclesiasticis tantum, Moguntino scilicet & Coloniensi gaudet, quas Sectio 4ta exponit; ac denique aliæ, quas Elector Trevirensis *quæ talis*, etiam respectu omnium Electorum præcipuas habet, ac sibi soli vindicare solet, quas Sectio 5ta seu ultima recensēbit.

THESIS III.

Ad prærogativas, quas Elector Trevirensis cum reliquis Imperii Statibus communes habet, referre possumus generaliter, quod habeat jus Status Imperii, Pauermeister *de jurisdic. Libr. 2. cap. 2. num. 26. seq.* Superioritatem territorialem Instrum. Pac. *de Anno 1648. artic. 8. §. 1.* quæ est jus excelcius ac potentius Principum, Knichen *de jur. territor. cap. 1. num. 1230. sequ.* Regalia, de quibus Rosenthal *de Feud. part. 1. c. 5.* Stryck. *in Exam. jur. feud. c. 9.* Hornius *in jurispr. feud. c. 3.* Sixtin. *de Regal. libr. 1. c. 4.* Jurisdictionem omnem civilem & Criminalem, quæ tamen quoad Eum, ac reliquos Electores Ecclesiasticos, non patrimonialis sed personalis seu administrativa est. Specialiter verò ipsi competit jus recipiendi homagii, Schwveder. *in introduct. in jus publ. part. spec. sect. 2. c. 11. n. 1.* quod tamen à moderno Electore, ex suis ut auguramur causis, huc usque dilatatum. Omne jus circa Sacra & Ecclesiastica, quod etiam per Concordata Nationis Germanicæ, ac ob summi Pontificis Romani, in terris Dnn. Catholicorum circa sacra potestatem, est certo modo restrictum. Vid. Capit. *Car. VI. art. 14.*

THESIS IV.

Similiter ipsi, cum reliquis Imperii Ordinibus, competit jus nomotheticum, seu potestas leges & statuta ferendi.

115

ferendi. Ziegler. *de jur. Majestat. libr. 1. c. 5.* Schwveder. *in introd. in jus publ. part. special. sect. 2. c. 13. num. 2.* quo specialiter referre possumus **die Chur & Trierische Unter-Richts Ordnung** de Anno 1539. quam refert Abrah. Saur *in fascicul. judiciar. Ordin. fasc. 1. p. m. 59. sequ.* ac si quæ aliæ publicatæ. Potestas publicandi Edicta, Mandata & inhibitiones, Schwveder. *in introd. in jus publ. part. spec. sect. 2. c. 13. num. 6.* nec non certa pondera, mensuras atque ulnas constituendi. Schwveder. *diēt. c. 13. num. 6.* Ziegler. *de jur. Majest. libr. 1. c. 45.* Sic etiam ad eum pertinet Creatio atque depositio Magistratum. Ziegler. *de jur. Majest. libr. 1. c. 29.* Jus erigendi Tribunalia justitiæ. Schwveder. *in introd. in jus publ. part. spec. sect. 2. c. 13. num. 10.* quo specialiter pertinet **die Chur & Trierische Regierung und das Hoffgericht/ & in causis spiritualibus & Ecclesiasticis das Officialat-Gericht/** ac quod ab ejusmodi Judiciis dependet jus Archivi, nec non jus indicendi Comitia Provincialia, **die Chur & Trierische Land-Tage.**

THESIS V.

Huc non minus referendum jus Electori Trevirensi competens belli ac pacis, de quo Ziegler. *de jur. Majest. libr. 1. cap. 33.* Jus habendi fabricas armorum publicorum & armamentaria publica seu jus Armandiæ; Sixtin. *de Regalib. libr. 2. c. 1.* Jus sequelæ; de quo post alios egit, Dn. Textor. *in diss. inaug. de jur. sequel.* Jus subditis armorum usum exercitium ve injungendi vel prohibendi; Schwveder. *in introd. in jus publ. part. spec. sect. 2. c. 16. num. 4.* Jus muniendi & exstruendi fortalitia. Vid. Dn. Præses *in dissert. de jur. Fortalitor. Sect. 3. §. 5. & 6.* quo præcipue in terris Trevirensibus pertinet fortalitium **Chrenbreitstein/** arte ac natura munitissimum,
Win-

Winckelmann in *Amphitheatr. Orbis p. m. 105. de quo sequentia refert Dn. Imhof. in notit. Procer. Imperii lib. 2. cap. 3. §. 6. Castrum quod in adverso litore urbi (quæ est Confluentia) opponitur, EHRENBREITSTEIN seu HERMANSTEIN dictum, Hillinus Archiepiscopus circa annum 1166. Turri operibusque firmavit, ac ne aqua deficeret, altissima rupe usque ad fluminis profunditatem excisa cavataque, puteo instruxit; Successores vero ejus tot munitionibus sepeserunt, ut inter præcipua Germaniæ fortalitia nunc numeretur, Præfectusque ejus non Electori tantum, sed & Imperio fidei juramentum præstare teneatur. Vid. Instr. Pacis Cæsar-Gall. de anno 1648. §. 9. Nec præterire hic debemus jus præsidii; jus aperturæ; jus conscribendorum Militum; foederum pangendorum & legatorum mittendorum; nec non libertatem operam suam militando exteris Regibus inconsulto Imperatore addicendi. Vid. Schvveder. in *Introduct. in jus publ. part. spec. sect. 2. c. 16. num. 9. seq.**

THESIS VI.

Præterea eminentissimus noster Elector jus quoque habet concedendi privilegia ac inducias moratorias, Ziegler. *de jur. Majest. libr. 1. c. 12. & c. 48.* jus dispensandi, Ziegler. *de jur. Maj. libr. 1. c. 7.* jus aggratandi; Id. *dict. libr. 1. c. 8.* Granz. *de defens. Inquisitor, c. 8. membr. 2.* Jus Viarum publicarum. Sixtin. *de Regalib. libr. 2. c. 2.* jus conducendi per eas, nec non indagandi prosequendi & conquirendi securitatis publicæ infestatores, Schvveder. *in introduct. in jus publ. part. spec. sect. 2. c. 14. num. 12 seq.* Jus adprobandi, mutandi & abrogandi Collegia ac Statuta Opificum, Vid. *Recess. Imp. de Anno 1654. §. Wie nun solches 106. Richter. part. 2. decis. 80. num. 44.* Adrian. Beier. *in Advocat. Rer. Opi.*

Opifical. perit. c. 3. & 4. Jus recipiendi Judæos, idque vigore Aur. Bull. cap. 9. Jus indicendi Collectas, Ziegler. de jur. Majest. libr. 2. c. 1. 2. sequ. Klock. de Contribut. c. 4. n. 120. sequ. Jus detractionis, Schvyeder. in introduct. in jus publ. part. spec. sect. 2. c. 10. num. 4. Jus vestigalium sive teloniorum, Aur. Bull. c. 9. Vid. Sect. 5. th. 8. Jus cudendæ monetæ, Aur. Bull. cap. 10. Jus exigendi Angariarum & Parangiarum præstationes, Schvyeder. in introduct. in jus publ. part. spec. sect. 2. c. 15. num. 8. Jus Postarum provincialium, Ockel de Reagl. Postar. jur. c. 1. th. 2. & c. sequ. de Postis Imperialibus vid. Capit. Car. VI. Art. 29. Jus fluminum publicorum, & speciatim alluvionis, Stapelæ, Geranii, Anchoragii, Ziegler. de jur. Majest. libr. 2. c. 15. Schvyeder. in introduct. in jus publ. part. spec. sect. 2. c. 15. num. 10. Jus Commerciorum Ziegler. de jur. Majest. libr. 1. c. 41. Jus fodinarum metallicarum, salinarum aliorumve Mineralium, Aur. Bull. cap. 9. Jus Foresti, banni ferini, ac quæ ab eo dependent. Myler ab Ehrenbach. de Princip. & Stat. Imper. part. 2. c. 73. Dn. Krebs in tract. de ligno & lapide part. 1. class. 4. sect. 16. §. 15.

THESIS VII.

Ad hunc censum etiam referre possumus jura Fiscalia, de quibus Dd. ad tit. ff. & Cod. de jur. Fisc. nominatim multarum poenarumque compendia, Sixtin. de Regal. libr. 2. c. 8. Zillefius de jur. multand. c. 7. n. 87. sequ. bona vacantia. L. 1. L. 4. Cod. de bon. vacant. bona eorum qui incestas contrahunt nuptias, L. si quis 6. & Authent. incestas Cod. de incest. nuptiis. Nec non bona proscriptorum & damnatorum ob Crimen perduellionis. arg. L. 5. Cod. ad L. Iul. Majest. Capitul. Car. VI. Art. 21. bona eorum, qui conscientia criminis perpetrati mor-

rem sibi consciverunt. *L. qui Rei 3. ff. de bonis eor. qui ant. sent. Brunnemann ad L. 1. Cod. de bon. eor. qui sibi mort. num. 1. sequ.* bona vectigali obnoxia, quæ ob omissionem professionem in commissum cadunt. *L. 14. ff. de Publican. & Vectigal. Du. Ludovici in doctrin. Pand. Et. dict. tit. de Publican. §. 4.* prout etiam, si quis res prohibitas exportaverit vel importaverit *L. 2. Cod. qua res export. non d. b. Struv. Exercit. ad ff. 39. thes. 49.*

THESIS VIII.

Porro habet Elector Trevirensis, quemadmodum omnes reliqui Imperii Status, jus suffragii seu votum ac Sessionem in Comitibus ac aliis Imperii conventibus. *Instr. Pacis de A. 1648. Art. 8. §. 2.* Non potest in jus vocari extra Germaniæ limites *Capit. Car. VI. art. 16.* Privilegia tam habet Austregarum instantiam, de qua infra. Contra Concordata Principum nullo modo gravari debet. *Capit. Carol. VI. Art. 14.* Si causæ civiles à judiciis ejus ordinariis ad Nuntios Apostolicos vel ad Curiam Romanam trahuntur hoc debet annullari, *dict. Capit. Carol. VI. Artic. 14.* Consilarii ejus actuales, sunt immunes à præstatione juramenti Calumniæ. *Recess Imp. de Anno 1654. §. Ueber dieses verordnen Wir 43.* Et promissiones per fidem Electoralem factæ æquipollent juramento, *Gail. libr. 2. Observat. 59. Carpzov. in jurispr. forens. part. 2. Const. 16. def. 5.* Subditorum adversus eum querelæ non recipiuntur nisi prævisis literis informatiis, *Recess Imper. de Anno 1654. §. benebens sollen 105. Blum. de process. Camer. tit. 34. §. 77.* Du ab Uffenbach de judic. Aulic. cap. 15. sect. 3. subject. 2. Immo si subditi sint refractarii aut inobedientes, permittitur est, etiam ope & auxilio vicinorum Statuum, sese contra eos defendere. *Capit. Carol. VI. Art. 15. in fin.*

THE-

THESIS IX.

Sic etiam, si aliquis ab Electore Trevirensi, aut aliis Imperii Ordinibus, justo titulo rem aliquam accipit, statim fit securus, & quondam dominus, actionem suam, adversus sacratissimum ærarium, intra quadriennium intendere debet, *L. 2. Cod. de quadrienn. præscript.* Ludeking. *de usucapion. c. 4. §. 24. num. 85.* Bernegger. *ad tit. Inst. de usucap. quest. 37. & 38.* Bona quoque ipsius domanialia à præscriptione sunt exempta, Dn. Hopp. *ad §. res Fisci 4. Inst. de usucap.* Dn. Ludovici *in doct. Pandect. tit. de usurpat. §. 12.* Donationes ipsius, aliæque liberalitates ab eo factæ, nulla indigent insinuatione, licet summam 500. solidorum excedant, arg. *L. sancimus 34. princ. Cod. de donat.* Carpzov. *in Jurispr. forens. part. 2. Const. 12. def. 16. num. 4.* Schilter. *in Inst. jur. publ. lib. 2. tit. 6. §. 6.* Si testamentum conficere vult, solennitates à jure communi præscriptas, ex sententia multorum observare adstrictus non est, sed illum meri juris Gentium solennitates adhibuisse, ac jure militari elogia sua conscripsisse omnino sufficit. Sive potest sine ullo Juris perito, rationem animi sequi potius, quam nimiam & miseram diligentiam, ut legimus apud Scævolum in *L. Lucius Titius 88. §. fin. ff. de Legat. 2.* Myler. ab Ehrenbach. *de Princip. & Stat. Imper. part. 1. cap. 26. n. 4. sequ.* Videatur tamen Dn. Hoffmann. *libr. 1. Consil. 35. num. 6.* & Dn. Stryck. *de Cautel. Testament. c. 5. membr. 1. & 2.* ubi hunc casum latius examinat & ad opinionem contrariam inclinat. Illud prorsus indubium est, quod Testamentum Sac. Rom. Imp. Electori vel Principi oblatum, publica ejus auctoritate sustineatur, nec qua alia solennitate indigeat, *L. omnium 19. Cod. de Testament.* ibique Dn. Brunnemann. *in Commentar. num. 1, 2. sequ.*

817
Seruv. Exercitat. ad ff. 32. Thef. 9. Dn. Schilter. Exercit.
ad ff. 38. §. 37.

THESIS X.

Imo, supersunt quoque prerogativa alia minime
vulgares, quibus Archi-Episcopus Trevirensis, cum re-
liquis Imperii Statibus, intuitu Sacrae Caesareae Majesta-
tis gaudet, ex. gr. quod Imperator absque Electorum,
Principum & reliquorum Statum Imperii consensu, ne-
minem a voto & sessione, vel ex Collegiis Imperii ex-
cludere possit. Capit. Carol. VI. *Art. 1.* nec alicui
in praedictum aliorum Constatum nova privilegia
concedere, dict. Capit. *Art. 1.* sed potius concessa &
non ad probata atque ratificata cassare. Dn. à Goppoldt
in jur. Imperial. part. 3. Voce Status Imperii v. m. 137. nec
Constitutiones Imperii, aliasque leges publicas immu-
tare, dict. Capit. Carol. VI. *Art. 2. & 12.* Nec bel-
lum movere, aut fortalitia in Statuum territoriis ex-
struere, aut pacem cum hostibus Imperii concludere,
dict. Capit. *Artic. 4.* nec collectas indicere, aut exem-
ptionem concedere, vel matriculae moderationem, dict.
Capitul. Carol. VI. *Artic. 5.* nec foedera pangere, dict.
Capitul. *Art. 6.* nec de terris Imperii aliquid alienare,
dict. Capit. *Art. 10.* nec renovationem investiturae feu-
dorum denegare aut differre dict. Capit. *Artic. 11. pr.*
Nec abolere vel immutare summa Imperii Tribunalia,
dict. Capit. *Art. 16. §.* **Wir sollen und wollen auch x.**
nec Taxam Cancellariae huc usque consuetam augere,
dict. Capit. *Artic. 17.* nec solus in poenam banni ali-
quem declarare, aut bona proscriptionum privato suo
patrimonio inferre, dict. Capit. *Art. 20* & quae sunt jura
quam plurima alia, de quibus, cum Electoribus tamen, ut
diximus, reliqui Imperii Ordines participant.

SECTIO

SECTIO III.

*De Prærogativis, quas Sereniss. ac Rever.
Electoꝝ Trevirensis, cum cæteris S. R. I.
Principibus Electoꝝibus, exclusis reliquis
Imperii Statibus, communes habet.*

THE S I S I.

Agendum nunc etiam est de illis prærogativis, quæ ad Collegium Electorale splendidissimum restrictæ, & Electoꝝi Trevirensi cum reliquis Co-Electoꝝibus quidem communes sunt, à quibus autem, ceu sublimioribus, reliqui Imperii Status, inferioris qui sunt Ordinis, arcentur.

THE S I S II:

Et quidem initium facientes à juribus dignitatis ac præminentia; Electoꝝes Sac. Rom. Imp. Regibus pares habentur, Schilter. *in Instit. jur. publ. Libr. 1. Tit. 20. §. 2.* Ludvig *de jur. ad legind. Ordin. S. R. I. cap. 1. §. 14. lit. 1.* Knipschild *de fideicommiss. Famil. nobil. c. 1. n. 106.* Titius *in S. e. im. jur. publ. libr. 3. c. 9. §. 55.* Et Sueciæ Regi, Gustavo Adolpho, non Majestatis sed dignitatis, **Euer Königl. Würde** / quondam Ratis bonæ in Anno 1630. attribuerunt titulum, Reincking. *de Regim. Secul. & Eccles. libr. 1. class. 4. cap. 3. num. 7.* Gastel. *de Stat. publ. Europ. noviss. part. 2. c. 9. num. 6.* Imo quibusdam aliis Dilectionis titulum **Eu. Lieb**, saltem exhibere visi sunt. Vid. Becker *in Synops. jur. publ. libr. 3. cap. 5.* Carol. vom Hagen *in Instit. jur. publ. libr. 2. cap. 1. num. 10,* ut merito illud, quod de Lydorum Rege Cræso, Justinus *Libr. 1.*

cap. 7 dicit, cum si non Regiam, Regiæ tamen dignitati proximam egisse vitam, Electoribus S. R. I. apposite applicari possit. De præcedentia, quam sibi ante Cardinales, qui alias Ecclesiæ Romanæ sunt Cardines, ac maximis fruuntur privilegiis, quæ recenset Corvin à Bel- dern *de person. & benefic. Eccles. part. 1. libr. 1. tit. 4. n. 14.* huc usque vindicarunt, specialiter egit Freinsheimius *de præcedens. Elector. supr. Cardinales.* Et novissime Dn. Stieve in dem *Europ. schen Hoff. Ceremoniel. part. 1. c. 9.* ubi §. 3. rationes in quibus se fundant Electores, sequentes recenset:

1. Daß/ wann ein Cardinal nicht zugleich mit einem Bischoffthum versehen/ Er nicht eines Fußbreits Land besitze/ und zwar auch dieses/ wann Er es hat/ nicht als sein Eigenthum/ sondern nur usufructuario modo.

2. Daß sie keine Gesandten/ weder secundi noch primi Ordinis. das ist/ weder Envoyes noch Ambassadeurs absenden/ oder auch absenden könten/ sondern sich vielmehr/ so wohl von Königen als dem Pabst selbst/ zu solchen Berrichtungen gebrauchen ließen.

3. Formale Unterthanen des Pabsts wären/ und nicht den mindersten Schein einiger Souveraineté oder auch so genanten superioritatis territorialis hätten.

4. Kein König oder Königlicher Erb-Prinzeisnem Cardinal weiche/ weil num aber die Chur-Fürsten denen Königen gleich geachtet/ und nach ihnen immediate die nächsten wären/ so könten sie denen Cardinalen so wenig den Pas cediren als die Könige selber.

5. Daß die Cardinäle/ als Geistliche Herren/ Nachfolger der Apostel wären/ zu welchen aber Christus sagt:

sagt: Vos autem non sic, Matth. 20. v. 26. Gleich wie nun aber die Apostel/wann sie noch in der Welt lebten/ oder ja etwa auferstehen oder wieder kommen solten/ denen Chur- & Fürsten vorzugehen nicht pretendiren würden / also könten solches die Cardinäle auch nicht thun.

Pergit tandem hic Author §. 4. Weisen nun nicht allein die Argumenta, welche die Chur- Fürsten gegen die Cardinäle anführen / sondern auch die Macht der Chur- Fürsten stärker als der Cardinäle/ so haben biß daro diese Letztere in dem Rang-Process nichts gewonnen/ sondern es bezeugen die Exempel und actus possessionis, als welche deßfals am meinsten gelten/ daß die Chur- Fürsten sich im Rang vor denen Cardinälen maintainiret. Dann bey der Erönung Caroli V. zu Nachen/ müssen die drey Cardinäle; der von Salzburg/ Sedan und de Croy, alles ihres Einwendens ungeachtet/ denen Chur- Fürsten nachgehen. So ist auch der Chur- Fürst von Colln/ Anno 1556 auf dem Reichs-Tag zu Regensburg / dem Cardinal und Päbstlichen Legaten Maron und dann wiederum 1659. dem Cardinal von Hessen nicht gewichen. Da auch die Electores, wann der Kayser solennen Hoff hält/ in dessen Gegenwart unter Baldachinen speisen/ so hat Ferdinandus II. dem Cardinal Clefel, welcher ein gleiches pretendiret/ doch nicht zugestatten wollen. Eben dieser Gebrauch des Baldachin oder Himmels ist dem Cardinal Dietrichstein / ob Er schon zugleich Nuncius in Mayland war / wie auch dem Cardinal Barberino, Nuncio in Spanien abgeschlagen worden/ welcher Letztere / als Er sich darauß beruffen / daß man ihme in Frankreich/ so wohl zu Paris als Lyon/ bey seinem Einzug dem Gebrauch

brauch des Baldachins zugestanden/ von denen Spaniern zur Antwort bekam: daß sie davon in ihrem Archiv nichts finden / womit Er auch zu frieden seyn musse.

THESIS III.

Præterea, hi summi Imperii nostri Archontes, pro modo relata docent, nec Nuntio Apostolico cedunt, Titius *in specim. jur. publ. libr. 3. cap. 9. §. 35.* nec Legatis Regiis aut Rerumpublicarum, Titius *in specim. jur. publ. libr. 3. cap. 9. §. 35.* Imo in actibus ad Curiam Imperialem pertinentibus Regibus anteferuntur. Titius *dict. tract. libr. 3. c. 9. §. 36.* Quod comprobat exemplum Electoris Brandenburgici, Rudolpho II. tunc temporis Hungariæ Regi, cedere detrectantis. Quâ ratione etiam motus Rex Angliæ, coronationi Caroli V. cum Nuntio Apostolico interessè noluit, ne Electoribus actum hunc celebrantibus postponeretur.

THESIS IV.

Est etiam Electorum S R I. prærogativa in eo factis conspicua, quod Imperator modernus, non amplius, prout hæcenus fieri consuevit, simplici titulo **Hochwürdig und Durchleuchtig** / sed cum additamento aliquo, ac nova quasi dignitatis accessione **Hochwürdigst und Durchleuchtigst** erga eosdem se in posterum usurum promissit, Vid. *Capit. Carol. VI. Art. 3. pr.* Nunc etiam Imperator eos salutat **Liebe Neven/Brüder/Dheimben und Chur-Fürsten** / *dict. Capit. Carol. v. 1. princ.* de cujus denominationis origine ac ratione nihil certi habemus. Titius *in specim. jur. publ. libr. 3. c. 9. §. 33.* Vid. *infr. sect. 4. thes. 7.* Non minus etiam pollicetur Imperator, quod eorundem existimationis splendidior tractatio, ipsi semper curæ esse debeat, in *dict. Capitul. Artic. 3.* ibi:
 Dies

180

(27)

Dieſelbe iederzeit in ſonderbahrer hoher Consideration halten. Hinc etiam ceremoniar ac ritus, qui in accessu Electorum, ad Caesaream Majestatem, in Comitibus adhi-
entur, sunt profus singulares, quos adnotavit Dn. Stive
in dem *Europaischen Hoff Ceremoniel part. 2. c. 3.* cujus
Authoris, cum sit novissime typis excussus, nec in omni-
um adhuc versetur manibus, verba integra, quatenus
scopo inserviunt, huc transcribere haud piget. Ita au-
tem ille: §. 1. Die Chur-Fürsten/ ob sie gleich Königen
gleich geachtet werden/ so haben sie dennoch ein Haupt
und Superiorem, nemlich den Römischen Kayser/ und
zu Zeiten auch einen Römischen König/ derowegen sie
den Ersten billig mehr verehren als alle andere Potenta-
ten/ und im Ceremoniel ihme etwas mehrers zueignen.
Hingegen weil sie/ die Chur-Fürsten/ als Glieder des
Römischen Kayfers/ Mit-Participanten von dessen Ma-
jestät/ und vor Säulen des Römischen Reichs geachtet
werden/ so genießen sie auch vor andern Fürsten etwas
besonderes/ und erwarten hinwiederum von Kayser-
licher Majestät diejenige Würde und Ehre/ welche das
Haupt diesen Principälsten Gliedmassen zu erweisen ge-
wohnet ist/ oder sich anheischig gemacht hat.

§. 2. Sie genießen demnach dergleichen Præro-
gativ,

1. Daß sie bey Ihro Kayserlichen Majestät die aller-
nächste Stelle nehmen/ und zwar in einer Linie mit
derselben.
2. Lassen ihnen bey Kayserlicher Erönnung die Chur-
Schwerdter/ als ein Zeichen ihrer Souverainität/
durch den Erb-Marchall vortragen.
3. Sitzen in der Kirche/ wie auch in vollendetem acta
coronationis, wann Kayserliche Majestät zum er-
sten

Stenmahl Tafel halten/ in einem Zimmer/ über einem eigenen Tisch/ unter einem Baldachin.

4. Reden gegen den Kayser mit bedecktem Haupt.

5. Senden auch an den Kayser Ambassadeurs.

§ 3. Wann ein Chur-Fürst in Person zu ihrer Kayserlichen Majestät kommt/ und ihnen die Visite abstatet/ so geschieht selbiges entweder

1. Ausser der Kayserlichen Residenz/ in denen Comitiiis oder bey einem Crönungs Actu.

2. In der Kayserlichen Residenz/ da man dann observiret/ daß in diesen zweyen unterschiedenen Orten/ auch die Ceremonien in etwas unterschieden.

§ 4. In denen Comitiiis fährt der Chur-Fürst/ nachdem Er die Audieng ausbitten lassen/ und ihme eine Stunde zu selbiger gemeldet worden/ mit seinen Hoff-Bedienten nach des Kayfers Logement, in den Hoff des Hotels aber fährt keine Carosse der Chur-Fürstlichen Cavalliers, sondern nur des Chur-Fürstens alleine.

§ 5. Beym Aussteigen aus der Carosse wird Er von dem Kayserlichen Obristen Hoff-Marchall oder Ober-Hoff-Meister / auch zu Zeiten von allen beyden empfangen/ durch die Anti-Chambres, in deren Lettern die Kayserlichen Ministri rangiret stehen/ und die Chur-Fürstlichen sich auch begeben/ geführt.

§ 6. In der letztern Anti-Chambre, und fast bey deren Eingang/ empfangen Ihre Majestät/ welcher einige Ministri vortretten/ den Chur-Fürsten/ gehen aber ein paar Schritt zu vorhero in den Audieng-Saal.

§ 7. In diesem sind die Sessel/ und zwar des Kayfers/ meistens von Gold- oder Silber-Brocät, des Chur-

181
 Chur-Fürsten aber von Carmesin Sammet / mit goldenen Franzen bordiret: des Kayfers wird so gesetzt/ daß Er das Gesicht im sitzen gegen die Thüre des Gemachs/ des Chur-Fürsten aber stehet Seitenwärts/ daß selbiger/ wo nicht den ganzen Rücken/ dennoch die eine Seite nach der Thür kehret/ des Kayfers Stuhl rucket à l' ordinaire der Oberste Cämmerer/ des Chur-Fürsten aber der Cämmer-Herr/ welcher die Aufsichtung hat.

§. 8. So bald sich beyde nieder gelassen / bedecket sich der Kayser / und winket hernach dem Chur-Fürsten ein gleiches zu thun / die Ministri aber gehen / nach gemachtem Reverenz / aus dem Audieng-Zimmer / und wird die Thür desselben / oder wenigstens die Gardinen zugezogen.

§. 9. Wann die in der Anti-Chambre aufwartende Cavalliers merken/ daß beyde aufstehen / wird die Thür wieder eröffnet / und gehen seine Majestät der Kayser / zur Rechten dem Chur-Fürsten wieder in die Anti-Chambre ein paar Schritt zuvor / und begleiten selbigen fast biß zu der Thüre der Anti-Chambre, bey welcher der Chur-Fürst stehen bleibet / und dem Kayser nachsiehet biß Er an die Thüre des Audieng-Zimmers tritt / alsdann noch einen Reverenz gegen den Kayser machet / und sich wieder nach seinem Wagen / in solcher Begleitung wie Er recipiret worden / begiebet / x. x. Quibus autem Ceremoniis excipiatur Elector extra locum Comitiorum ad Aulam Cæsaream adveniens, & quæ sint usitata, in congressu Electoris cum Rege Bohemix, vel Regio fratre, vel Archi-Duce Austriæ, vel Principe Imperii regenti ejusque filio, aut cum aliquo Episcopo, aut cum uno ex Proceribus Hispaniæ, Franciæ, Poloniæ? simili modo curioso satis exposuit ante me-

381
moratus Dn. Stive in dem Europäischen Hoff Ceremoniel
part. 2. 6. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.

THESIS V.

Similiter, in Aula Caesarea ac alibi, Electorum Legati, Exterarum Rerumpublicarum Legatos, imo Principes in persona praesentes antecedunt, Vid. Sect. 3. th. 3. quod manifeste decisum, ac ex Capit. Leopold. art. 5. repetitum legimus in novissima Capit. Car. VI. Art. 3. §. Nach dem mahlen sich auch re ibi: Nach dem mahlen sich auch eine zeitlang zugetragen / daß ausländiger Potentaten / Fürsten / Republicquen Gesandte / und zwar diese unter dem Nahmen und Vorwand / als wären die Republicquen vor gecrönte Häupter / und also denenselben in Würden gleich zu achten / an denen Kayserlichen und Königlichen Höfen und Capellen / die Praecedenz vor denen Chur / Fürstlichen Gesandten pretendiren wollen / so sollen und wollen Wir ins künftige solches weiter nicht gestatten / wäre es aber Sache / daß neben denen Chur / Fürstlichen Gesandten / der recht titulirter und gecrönter regirender ausländischer Königen / Königlicher Wittiben oder Pupillen / (denen die Regierung / so bald sie ihr gebührendes Alter erreicht / zu führen zusiehet / und inmittelst in der Tutel oder Curatel begriffen seynd) Botschaffter zugleich vorhanden wären: so mögen und sollen zwar dieselbe denen Chur / Fürstlichen Gesandten / diese aber allen andern aufwärtiger Republicquen Gesandten / und auch denen Fürsten in Person, ohne Unterscheid / vorgehen / und unter ihnen / nehmlich denen Chur / Fürstlichen Gesandten / primi Ordinis, es mögen auch deren mehr als einer seyn / an Unserm Kayserlichen Hoff / auch sonst an allen Orten in und außser dem Reich / keine distinction mehr gemacht / sondern als
len



182
len und jeden gleiche honores in allem / wie denen Könis-
glichen Gefundten/gegeben werden.

THESIS VI.

Electorum Legati sibi quoque afferunt titulum
Excellentia, Dn. Coccej. *in jur. publ. prudent. cap. 14. §. 13.*
qui etiam à Cæsareis exterorumque Legatis illis tribui-
tur, teste Titio *in specim. jur. publ. libr. 3. cap. 9. §. 30.*
quamvis à Legatis Principum in Conventibus Imperii
hic titulus ipsis denegeretur. Vid. Strieven *in dem Europ.*
Hoff. Ceremoniel. part. 3. c. 6. §. 6. Sic etiam primarii Ele-
ctorum Legati, coram Imperatore caput tegunt, Schvveder.
in introduct. in jus publ. part. special. sect. 2. cap. 2. §. 10.
Coccej. *in jur. publ. prudent. c. 14. §. 13.* Et in actu pro-
cessionis ad propositionem Cæsaream equis vehi pos-
sunt, cum Principum ac cœterorum Ordinum Legati
pedites incedere cogantur, Schvveder. *diēt. sect. 2. c. 2.*
num. 10. Legati quoque Cæsarei, imo ipse Cæsar, si ca-
sum petendæ investituræ excipias, de quo Dn. Stryk.
in Exam. jur. feudal. in append. n. 1. 2. & 3. Legatis Ele-
ctoralibus plenum Legatorum honorem largiuntur.
Titius *in specim. jur. publ. libr. 3. c. 9. §. 34.* Et à plerisque
Coronis plenus honor Legatis Electoralibus exhibetur,
licet Rex Gallia, solennem receptionem & rectionem
Capitis, nondum iis concesserit, ceu iterum tradit modo
nominatus Titius *diēt. libr. 3. c. 9. §. 38.*

THESIS VII.

Ad hanc Electorum ceremoniam Philosophiam
ac præminentiam etiam hoc referendum, quod ipsi soli
cum Cæsare prandeant ac cœnent in publico, in sua
quisque mensa, pompatico apparatu instructuque, & ea-
dem exactitudine, qua Confratres & dignitate æquales,
cum cœteri Principes uni mensæ accumbant, aut ad-

stantes spectent. Schvveder. *in introd. in jus publ. part. spec. sect. 2. c. 2. num. 9.* Schema Imperatoris Josephi, gloriosissimæ memoriæ, ac reliquorum Electorum, mensæ accumbentium refert Dn. Pfeffinger ad Vitriar. *libr. 1. tit. 8. §. 4. in not. lit. a.* Sic etiam in Curia Cæsaris & coram ipso Cæsare habent suos Baldachinos sive Uraniscos, aut mensæ pensile cœlum. Schvveder. *in introduct. in jus publ. part. spec. sect. 2. cap. 2. num. 10.* Schilt. *in Inst. jur. publ. Lib. 1. Tit. 20. §. 2.* Stieve *in dem Europ. Hoffe Ceremoniel part. 2. c. 3. §. 2.*

THESIS VIII.

Omnes etiam Electores peculiare aliquod solenne ac reliquis superius constituunt Collegium, tam in Comitibus, quam in omnibus aliis conventibus, ac Imperii quibuscunque negotiis, à reliquis Imperii corporibus prorsus separatum, quod vulgo Collegium Electorale *das Chur- Fürstliche* Collegium appellatur, Vid. Schvveder. *in introduct. in jus publ. part. spec. sect. 2. c. 2. num. 5.* Dn. Coccej, *in juris publ. prudent. cap. 14. §. 13.* Schilt. *in I. j. p. L. 1. T. 20. §. 1.* quod est basis ac fundamentum totius Imperii, à quo ejus salus atque incolumitas pendet, Bets. *de pact. Famil. illustr. c. 7. §. 21.* Habere etiam dicuntur certam Civitatem Electoralem quæ appellatur *die Chur- Stadt.* Qua ratione Regi Bohemiæ Praga; Duci Saxonico Witteberga, Marchioni Brandenburgico Custrinum, vel ut alii volunt Brandenburgum, Electori Palatino Amberga vel Heidelbergæ tribuitur.

THESIS IX.

Accedit, quod summi hi Sac. Rom. Imp. Proceres, pactum aliquod Unionis, sive fœdus, quod Electorium alias appellatur, *die Chur- Fürstliche Einigung/inter-*

ter.

ter se habeant, Dn. Coccej. *in juris publ. prud. c. 14. §. 11.*
 Schiler. *in 1. j. publ. L. 1. T. 20. §. 1.* Tabulas ejus foederis
 renovatas de Anno 1521. referr Goldast. *in Cod. Const.*
Imp. ad annum 1521 p. m. 16. sequ. Distingunt hoc foedus
 in *universale ac particulare.* Illud dicitur, quod omnes
 ab initio Electores, Bohemo excepto, iniverunt, in cu-
 jus capita etiam unusquisque, quam primum Regimen
 Electorale nactus est, vicino Co-Electori jurare tenetur.
 Hoc vocatur, quod quatuor Electores Rhenenses, Ve-
 salia ad Rhenum Anno 1519. tempore interregni pe-
 pigerunt Vid. Schvveder. *in introduct. in jus publ. part.*
spec. sect. 2. cap. 2. num. 5. Huc etiam pertinet foedus
 Electorale Rensense de Anno 1338. quod Electores,
 pro mutua defensione jurium ac privilegiorum suorum
 iniverunt, cujus tabulas refert circa rem literariam me-
 ritissimus Dn. Schilter. *in Institut. jur. publ. tom. 2. tit. 17.*
pag. m. 122. sequ. de aliis Unionibus Electoralibus egit
 Dn. Rachelius *in Diss. de Comit. Elector. thes. 3.*

THESIS X.

Nec omittendum, quod omnes quoque Electo-
 res sua habeant Archi-Officia, de quibus supra ad *thes.*
ult. sect. 1. pauca praecipuimus dicere. Specialem
 de illis Archi-Officiis edidit tractatum Bernhard à Mal-
 linkrot. add. Dn. Coccej. *in jur. publ. prudent. cap. 11. seq.*
 Pffessinger. ad Vitriar. *Instit. jur. publ. Libr. 1. tit. 13. princ.*
lit. b. Author Quinquert Camerar. *quest. 5. per tot.* non
 possunt autem Electores in exercitio Archi-Officiorum
 per Officia Aulica turbari aut alio quocunque modo
 impediri. Capitulat. Carol. IV. *Art. 3. §.* Wir wollen
 auch die Verfügung thun Vid. Consultatio de praece-
 dentia & jure der Erb-Membler des H. R. Reichs/
 qua

481
98 (32.) 90
quæ exstat apud Carol. vom Hagen in *Institut. jurispr. publ. Lib. 3. c. 7. in fin.*

THESIS XI.

Est etiam illud jus Electorum Sac. Rom. Imp. præcipuum, nec postremo loco memorandum, quod ipsi soli possunt Regem Romanum in Cæsarem promovendum eligere. Aur. Bull. cap. 1. & 2. Ad quod Electionis arbitrium omnes ac singuli Electores legitime sunt evocandi, Aur. Bull. Cap. 1. v. præterea 18. sequ. quod si vel unus Electorum contemptus aut præteritus fuerit, tota electio ab aliis facta, per illum absentem retractari ac annullari potest. arg. cap. venerabilem 34. & cap. bone memorie 36. X. de Election. Plus enim obest contemptus unius Principis non vocati, quam contradictio multorum, Reinking. de Reg. Sec. & Eccl. Libr. 1. Class. 3. cap. 3. num. 23. Conventus qui electionis intuitu instituuntur vocantur die Wahl-Tage / Fritsch. in *Manual. jurispr. publ. voce Conventus Electorum pag. 120. Paderbornensis de jurisdic. libr. 2. cap. 2. num. 8. Coccej. in jur. publ. prudent. cap. 14. §. 10. præfertur Electoribus eo tempore das Chur-Schwerdt vom Erb-Hoff-Marchall, non tamen evaginatus sed rectus, dict. Coccej. in jur. publ. prudent. cap. 14. §. 13. reliqua electionis solennia & quæ circa eam alias observanda, haurire debemus ex Aur. Bull. cap. 1. & 2. Addatur post plures alios Dn. de Rhet. in *ius publ. part. spec. sect. 1. cap. 2. Titius in specim. jur. publ. Rom. Germ. libr. 5. cap. 8. §. 4. sequ.* Et de Electione ac Coronatione moderni Imperatoris, Author der eigentlichen Beschreibung der zu Franckfurt am Mayn Anno 1711. vollzogenen Wahl- und Crönungs-Actuum Nec potest Imperator circa liberum hoc electionis jus,*

184
¶ (33.) ¶
jus, minimum immutare, Capit. Carol. VI. art. 3. §. **Wit
sollen und wollen.**

THESIS XII.

Nec hæc nostrorum Archi-Officialium præroga-
tiva silentio prætereunda est, quod illi soli jus Capitu-
lationis Cæsareæ concipiendæ, contradicentibus licet
reliquis Imperii Statibus, sibi huc usque privative vindicaverint, Vid. Hippolit. à Lapide in suo famos. tract.
de ratione Status part. 1. cap. 15. sect. 1. Schvveder. *in in-
trod. in jus publ. part. gen. cap. 2. num. 10.* & in negotio Ca-
pitulationis perpetuæ, sibi jus ad capitulandi quod vo-
cant, reservant, Vid. Capitul. Carol. VI. Art. 30. *in fin.*
Possunt etiam Imperatori electo, si opus sit, propter
æratem prospicere de Moderatoribus vel Curatoribus,
Dn. Coccej. *in jur. publ. prud. cap. 14. §. 10.* ac ex magna
& justa causa Imperatorem removere Coccej. *dict. cap.
14. §. 10.* Hermes *in fascicul. jur. publ. cap. 6. num. 15.* ubi
etiam de Wenceslao, Caroli IV. Imperatoris Filio, exem-
plum refert, contra quem Electores, in ripa Rheni, su-
pra oppidum **Lohnstein** specialiter ad hoc erecto Tri-
bunali, exauctorationis sententiam publicarunt. Ipsam
sententiam refert Goldast. *in Codic. Constit. Imperial. p. m.
330. sequ.* Quamvis de hoc jure removendi odioso du-
bitet illudque neget. Hippolit. à Lapide *de Rat. Stat. part.
1. cap. 15. sect. 1. §. 3.* & Rhetius *in Instit. jur. publ. libr. 1.
tit. 4. §. 65.* Si etiam Imperator fasces Imperii deponere,
illudque resignare constituit, possunt Electores illud è
manibus resignantis Imperatoris recipere. Vid. Recept.
Inap. 1. de Anno 1550. in princ. Hermes *in fasc. jur. publ.
cap. 6. num. 10.* Quam tamen sententiam veritati peni-
tus consentaneam esse iterum negat Titius *in specim. jur.
publ. libr. 5. c. 6. §. 12.*

E

THE-

881
 (34.) 30
 T H E S I S X I I I .

Simili modo, Principes Electores jus habent, quoties & ubi visum fuerit, particularia Comitia agendi & habendi, de omnibus Imperii salutem concernentibus negotiis, Aur. Bull. c. 12. Dn. Schilter. *in Instit. jur. publ. Libr. 1. Tit. 20. §. 2. & Libr. 4. Tit. 2. §. 1.* Hermes *in fasc. jur. publ. cap. 12. quest. 7. num. 10.* Vulgo vocantur **die Chur-Fürsten Tage/oder die Collegial Tage/Schwveder.** *in introduct. in jus publ. part. special. sect. 2. c. 2. n. 6.* Ejusmodi conventus autem instituere possunt, vel prævia admonitione Caesaris, vel etiam proprio motu, Schwveder. *in introduct. in jus publ. dist. cap. 2. num. 6.* Possunt etiam Electores sese mutuo submonere de habendo Conventu, Titius *in specimin. jur. publ. libr. 6. c. 7. §. 6.* quos nec Cæsar impedire nec ægre ferre promittit. Capitul. Carol. VI. *Art. 3. §.* **Wir lassen auch zu ic.** Plures ejusmodi conventus Electorales recenset Rachel. *in Diss. de Comit. Elector. thes. 32. sequ.*

T H E S I S X I V .

Si Imperator vult indicere Comitia universalia, debet hoc fieri cum consensu Electorum, Myler ab Ehrenbach *de Princip. & Statib. Imper. part. 1. cap. 15. §. 3.* & etiam de loco & tempore habendorum Comitiorum cum eis convenire, Dn. de Rhet. *in Instit. jur. publ. lib. 1. tit. 4. §. 63.* Titius *in Spec. jur. publ. libr. 6. cap. 4. §. 6.* Possunt etiam Sac. Rom. Imp. Electores, quotiescunque Imperii salus aut necessitas exposcit, de habendis Comitiiis Cæsaream Majestatem admonere, Recess. Imp. *de Anno 1555. §.* **Und so abermahls die versamlete Chur-Fürsten** 67. & Recess. Imp. *de Anno 1654. §.* **Wann aber** 192. Capitulat. Carol. VI. *Art. 3.* qui, prout in aliis locis, sic quoque in Comitiiis, inter Collegia principum locum ordinis auctoritatisque tenent, Schwveder. *in jus publ.*

publ. pare. spec. sect. 2. cap. 2. num. 10. & tantum illorum suffragia efficiunt, quanti alias in universo Imperii Senatu, fere dimidia Ordinum pars valere potest. *Schvveder. dict. sect. 2. cap. 2. §. 8.* *Coccej. in jur. publ. prud. c. 14. §. 13.* Alias etiam in negotiis Imperii majoris momenti, ac ex quibus præjudicium aliquod imminere potest, Cæsarea Majestas, Consilium Electorum, statim ab initio, & re adhuc integra, se adhibere velle promittit. *Vid. Capitulat. sæpius citata Carol. VI. Artic. 3. & Artic. 11. in fin. Schilter. in Inst. jur. publ. Lib. 1. Tit. 20. §. 3.*

THESIS XV.

Nec potest aliquis in numerum Statuum Imperii cooptari, nisi præsentibus requisitis, præter Collegium in quod aliquis se recipi petit, etiam Collegium Electorale in admissionem ejus consenserit, *Capit. Car. VI. Art. 1.* Similiter, absque Electorum speciali consensu, nemini regale monetæ cudendæ in posterum concedi debet, *dict. Cap. Carol. VI. art. 9. §.* **Wir sollen und wollen auch/ r.** Terras etiam Imperii alienatas, alioque illegitimo modo avulsas, ope & consilio Electorum, Cæsar se recuperare velle spondit, *dict. Cap. A. 10.* Et si forte ipsemet ejusmodi Imperii bona detineat, ad nudam Electorum requisitionem, se eadem sine mora restitutum esse pariter promittit in *dict. Capit. Art. 10.*

THESIS XVI.

Quod si Electorum aliquem vacare contigerit, non potest Imperator pro suo arbitrio, absque consensu Collegii Electoralis, eundem aliis conferre; Et si sit Principatus qui vacat, vel Civitas, præter consensum Principum, ac Civitatis Collegii, Electorum quoque consensum adhibere tenetur, *Capitul. Carol. VI. Art. 11. §.* **Wann auch ins künfftige.** *Schilter. instit. jur. publ. Lib. 1. Tit. 20. §. 3. num. 7. Coccej. in jur. publ. prud. cap.*



24 §. 9. Si nova sunt Statui alicui concedenda vestigia, vel vetera augenda, omnium Electorum accedat consensus oportet, Capitul. Carol. VI. *Art. 8. Schilter. Inst. jur. publ. Lib. 9. Tit. 20. §. 3. num. 8. Coccej. dict. c. 14. §. 9.* Licet quoque Cæsar, nullum foedus, sine consensu Electorum ac Statuum Imperii, cum aliis pangere queat; si tamen publica salus vel utilitas Imperii aliud suadeat, celeritatemque negotii desideret, solus Electorum consensus sufficere potest. *dict. Capitul. Carol. VI. Artic. 6.*

T H E S I S XVII.

Prærogativas Electorum Sac. Rom. Imp. illud etiam auget, quod singuli in Camera Imperiali duos Assessores præsentandi jus habeant. Vid. *Ordinat. Camer. part. 1. tit. 1. §. 3. Instrum. Pacis de Anno 1648. art. 5. §. 53. sequ.* Schilter. *in Inst. jur. publ. Lib. 1. Tit. 20. §. 3. num. 14.* Schema Præsentantium nobis præsentavit Blum. *de Process. Camer. tit. 7. §. 8. sequ.* Habent etiam, si quis eos convenire ac lite aliqua pulsare velit, privilegiatam primam Austregarum instantiam, de qua *Ord. Cam. part. 2. tit. 4. Schubard. de Austregis cap. 2. num. 26.* ubi dicit, Electores jus vel privilegium Austregarum, Maximiliano I. adscribere, quod tamen non est hujus loci; Et *cap. 3. n. 54. Blum. de process. Camer. tit. 27. num. 24. sequ.* Concessa quoque sunt ipsis privilegia, de non appellando aut evocando, *Aur Bull. cap. 8. & cap. 11. Schilter. in Inst. jur. publ. Lib. 1. Tit. 20. §. 3. num. 13. Coccej. in jur. publ. prud. cap. 14. §. 13.* & sunt exempti à judicio Rothvilenſi ac similibus. *Capitul. Carol. VI. Artic. 18. in fin. Knipschild. d. jur. & priv. Civit. Imp. Lib. 2. cap. 33. num. 249.* Nec sentienti, quod Principes Electores potissimum in Adlegatorum delectu sint æstimandi, reliquos Imperii Ordines

180
dines succensere posse, tradit Dn. Ludvig. de jur. adle-
gand. Ord. S. R. I. cap. 4. §. 6.

THESIS XVIII.

Prærogativis huc usque recensitis adjicere possu-
mus, quod omnes Electoratus tam Ecclesiastici quam
Seculares sint individui ac inalienabiles, Aur. Bull. cap. 25,
Schilter, in Inst. jur. publ. libr. 1. Tit. 20. §. 3. num. 15. Nec
possunt foeminae in illis succedere sed saltem masculi, &
quidem in Electoratus secularibus, solummodo filii
primogeniti, Aur. Bull. cap. 7. §. 2. sequ. & cap. 25. Dn.
Præses in Dissert. at. de prærogat. primogenit. illustr. sect. 3.
§. 13. quod in primis ad ampliandum fastigium Ele-
ctorale factum est. Dn. Ludolph. de introduct. jur. pri-
mogen. part. special. aphor. 10. num. 8. Habentur etiam
post annum 13. completum pro majorennibus Aur.
Bull. cap. 7. §. 4. Non solum quoad Electoratus, sed et-
iam quoad Provincias reliquas, Limnæus de jur. publ.
Tom. 1. libr. 3. cap. 7. num. 52. sequ. Sprenger. in Institut.
jur. publ. libr. 2. cap. 26. pag. m. 263, Dn. Stryk. de Tutel.
matern. Princip. Imperii cap. 5. §. 5. Et ante hunc ætatis
terminum, tutela illorum pertinet ad proximum Agna-
tum. Aur. Bull. cap. 7. §. 4. Vid. Schilter. Exercit. ad ff.
37. §. 29. sequ. Possunt etiam Electoratus adjicere ter-
ras alias, cum regalibus, sine consensu Imperatoris, salvis
tamen de coetere juribus Imperii, Aur. Bull. cap. 10. Jura
eorum ac privilegia ante omnia sunt confirmanda, Aur.
Bull. cap. 2. §. & quia 8. ac impræscriptibilia. Berl. de pact.
Fam. cap. 8. §. 66. & privilegia in contrarium concessa
revocanda, Aur. Bull. cap. 13. ac pro confirmationibus
jurium suorum, & investituris, nihil solvunt in Aula,
Schvveder. in Introduct. in jus public. part. special. sect. 2.
cap. 2. num. 10. Denique etiam Crimen læsæ Majestatis

38.
in eos committitur per Aur. Bull. cap. 24. pr. Ziegler.
de jur. Majest. libr. 1. cap. 2. §. 33. Sixtin. *de Regalib. libr. 2.*
cap. 20. num. 26. sequ. ita ut ventum lavent, qui Electo-
res saltem comparant Præfectis Prætorio, Gastel. *de*
Stat. publ. Europ. part. 2. c. 9. n. 29.

SECTIO IV.

Comprehendit prerogativas, quibus S. R. I.
Electo Trevirensis, cum Moguntino ac
Coloniensi gaudet.

THESIS I.

HUc usque per compendium quasi enarravimus pri-
vilegia ac prerogativas, quas S. R. I. Elector Tre-
virensis, partim cum omnibus Imperii Statibus, partim
vero, exclusis illis, cum Electoribus Ecclesiasticis ac Se-
cularibus communes habet. Nunc etiam paucis agen-
dum esse censemus de privilegiis illis, quorum ne qui-
dem Electores seculares participes fieri possunt, sed quæ
Ecclesiasticis saltem, Moguntino nimirum, Trevirensi ac
Coloniensi, concessa reperiuntur.

THESIS II.

Primum autem speciale, quod hic occurrit est,
quod tres modo memorati Electores Ecclesiastici, pri-
mum constituunt Electorum ordinem, ac seculares Ele-
ctores omnes, sine discrimine præcedunt. Schvveder.
in introduct. in jus publ. part. special. sect. 2. c. 3. n. 2.

THESIS III.

Constat & illud, quod Electores Ecclesiastici, per-
veniant ad hanc Electoralem dignitatem, non jure nati-
vita



vitatis aliquo, quemadmodum seculares, inter quos Electoratus, ad filios, eosque primogenitos, jure successio- nis devolvuntur, Aur. Bull. *cap. 25*, sed singulari Electio- nis jure, quæ solet fieri sede vacante à Capirularibus. Schilter. *in Institut. jur. publ. libr. 1. tit. 20. § 2.* Schvveder. *in introduct. in jus publ. part. spec. sect. 2. cap. 3. num. 2.* Unde etiam hæc dignitas, tanquam personalis, cum per- sonis illorum emoritur, nec transitoria est ad heredes vel posteros, quos qua Archi- Episcopi, ac in sacro con- sultuti Ordine habere non solent. Knipschild. *de fidei- commiss. Famil. Nobil. cap. 1. num. 107.* Schvveder. *dict. sect. 2. c. 3. n. 7.*

THESIS IV.

Nec hoc ignotum est quod duplicem Electores Ec- clesiastici exerceant potestatem, ecclesiasticam nimirum in spiritualibus, ut Archi Episcopi in sua Archidiececesi; & secularem, ut Imperii Principes ac Electores, Sprenger. *in Institut. jur. publ. libr. 2. cap. 26. pag. m. 262.* Hinc Merckelbach apud Klockium *1. Consil. 14. numer. 17.* **Daß im Heil. Reich teutscher Nation, die Bischöffe nicht blößlich vor Geistliche / sondern auch vor weltliche Stände anzusehen / und nicht weniger denen weltlichen Chur- und Fürsten vom Heiligen Reich und der Kayserlichen Majestät / mit Landes- Chur- Fürstl. Obrigkeit / Regalien / Herrlich- und ander Weltlichkei- ten belehnet seynd. Deswegen auch wieder ihre in causis profanis eröffnete Urtheile / die Appellationes an die hörere Weltliche und gar nicht an ihre Geistliche Obrigkeit vorgekommen werden.**

THESIS V.

Possunt quoque Electores Ecclesiastici, Imperato- rem Romanum eligere, antequam juxta Concordata
 Na-



Nationis Germanicæ, à summo Pontifice fuerint confirmati, consecrati, aut Pallium ab eò acceperint. Hermes *in fasc. jur. publ. cap. 6. quæst. 16. n. 24.* quia in negotio electionis, considerantur non ut Archi-Episcopi, sed ut Imperii Principes, Limnæus *de jur. publ. libr. 3. cap. 3. num. 40. sequ.* quibus vi ac virtute feudorum regalium, quæ ab Imperio immediate possident, jus Regem ac Imperatorem eligendi competit. Aur. Bull. *cap. 7. §. 2.* Rein-king, *de Regimi. n. secul. & eccles. libr. 1. class. 7. num. 1. 2. sequ.* Schvveder. *in introduct. in jus publ. part. spec. sect. 2. cap. 3. numer. 3.* Schilter. *in Institut. jur. public. libr. 1. Tit. 14. §. 20.* Sed an etiam admittantur ad electionem si nondum investituram vel indultum de ea acceperint? Negat Hermes *in fascic. jur. publ. c. 6. n. 25.*

THESIS VI.

Sic quoque Missarum solennia, aliæque benedictiones, si solennis celebratur Imperatoris Curia, peraguntur tantum ab Electoribus Ecclesiasticis, tanquam Archi-Episcopis, & quidem juxta ordinem in Aur. Bull. *cap. 23. & cap. 27. §. 2.* constitutum. Dn. de Rhet. *in Inst. jur. publ. libr. 1. Tit. 9. §. 10.*

THESIS VII.

Quilibet etiam ex tribus hisce Electoribus ecclesiasticis, in cujus Archicancellariatu Curia solennis celebratur, sigilla Imperialia baculo argenteo ad pensam portat, & accumbenti Imperatori ea cum reverentia exhibet, cæteris quoque Archi-Cancellariis manum baculo admoventibus, & sic conjunctim ea in mensa ad id præparata deponentibus. Is autem Archi-Cancellarius, in cujus Archi-Cancellariatu celebratio Curia est, durante convivio solenni, majus sigillum collo ad pensum gestat, & Imperatorem surgentem à convivio
in

185
in Curiam sive hospitium comitari solet. Vid. Aur. Bull. cap. 27. §. *ingresso vero* 2. Rhet. in *Instit. jur. publ. libr. 1. tit. 9. §. 8.*

THESIS VIII.

Olim Ecclesiastici Electores *Venerabiles tantum* dicebantur, German. *Ehrwürdige* / Aur. Bull. cap. 3. §. 2. Reformat. Frider. III. de Anno 1442. pr. titulus, quo ne quidem hodierni Pastores rurales, fastu clericali qui tumidi, amplius contenti. Postea, crescente titulorum in Germania superbia, *Hochwürdige* salutabantur. Vid. Capitulat. Leopold. in *princ. Rhet. in Instit. jur. publ. libr. 1. tit. 9. §. 10.* Nunc verò, ut supra *sect. 3. thes. 4.* jam antevertimus dicere, in Capit. moderni Imperatoris sacratissimi, *Artic. 3. pr. titulus Hochwürdigste* / ipsis novissime attributus legitur, quemadmodum quod etiam Nepotes, *Neben* appelantur, itidem ad dict. *sect. 3. thes. 4.* à nobis relatum est. Add. Limnæus de *jur. publ. libr. 3. c. 3. num. 30. sequ.* Schvveder. in *introd. in jus publ. part. spec. sect. 2. cap. 3. num. 4.* Schilter. in *Inst. jur. publ. libr. 1. Tit. 20. §. 2.*

THESIS IX.

Tandem, si Electores Ecclesiastici, contra Imperatorem vel Imperium, delictum aliquod atrox commiserint, Regalibus quidem, quæ ab Imperio tenent, privantur, non vero ordinaria poena banni, uti seculares afficiuntur. Limn. de *jur. publ. libr. 3. c. 3. num. 56.* Et sententia declaratoria quæ contra eos profertur, non publice ac sub dio, quemadmodum quoad Seculares fieri consuevit, sed in ipso Consistorio, Judice pro tribunali sedente, publicari solet. Gail. de *pac. public. libr. 1. cap. 5. numer. 13.*

F

SE-

SECTIO V.

*Enumerat jura quæ S. R. I. Electori Trevis-
rensi sunt propria.*

THESIS I.

SEd ad Fanum quietis inter tot laborum divortia pro-
perantes, id quod dissertationis nostræ Rubricæ o-
mnium maxime congruit, paucis adhuc perfequendum
restat. Superest enim, ut nunc etiam recenseamus, præ-
rogativas illas, si non omnes, potissimas tamen, quæ
Sac. Rom. Imp. Electoris Trevirensis personæ cohærent,
nec ad Co-Electores, multo minus autem reliquos Im-
perii Ordines inferiores extendi possunt.

THESIS II.

Huc primo loco pertinet, quod eminentissimus
noster Elector, ejusque Archi-Episcopatus, denomi-
nationem ab Augusta Treverorum acceperit, quam ful-
gidus antiquitatis splendor commendat, ea enim Abra-
hami & Semiramidis tempore condita fertur, quapro-
pter Tiguri & Soloduri, antiquissimarum in Helvetia
Civitatum soror indigitatur, prout tradit Wilhelm.
Kyriander, Syndicus quondam Trevirensis in *Annal.
August. Treviror. part. 1. pag. m. 19.* Sprenger. in *Instit.
jur. public. libr. 2. cap. 26. in fine*, quo faciunt versiculi:
*Treveris atate, sed rerum proprietate
Gaudet Agrippina, sed honore Moguntia prima,*
quos refert Reincking. de *Regim. Secul. & Eccles. libr. 1.
Class. 4. cap. 3. num. 20.* Et quamvis eam Civitatem quon-
dam Imperialem fuisse, multis argumentis propugnet
modo

modo citatus. Kyriand. in *Annal. Treviror. part. 17. pag. m. 221. sequ.* attamen, cum lis de hujus Civitatis libertate, inter Archi-Episcopum & ipsam Civitatem diu agitata esset, per Imperatorem Rudolphum, 18. Martii A. 1580. sententia pro Archi-Episcopo lata, tandem terminata fuit, quemadmodum sententiæ tenorem refert Knipschild. de *jur. & privileg. Civitat. Imper. libr. 4. cap. 1. num. 132.*

THESIS III.

Est etiam eminentissimus noster Elector *Archi-Cancellarius* per Galliam & Regnum Arelatense, Aur. Bull. *cap. 1. §. 12.* Schilter, in *Instit. jur. publ. Libr. 1. Tit. 20. §. 7.* Pfessinger. ad *Vitriar. Institut. jur. public. libr. 1. tit. 14 §. 3. lit. C* Author *Quinquert. Cameral. quest. 5.* Hoc Regnum Arelatense septem olim sub se dicunt comprehendisse Provincias. 1. Delphinatum, 2. Tractum Sequanorum, 3. Comitatum Burgundiæ, 4. aliquot Helvetiæ ditiones, 5. Lotharingiam, 6. Sabaudiam, 7. Massiliæ territorium. Vid. Sprenger. in *Instit. jur. publ. libr. 2. cap. 26. pag. m. 265.* Gastel. de *Statu. public. Europ. part. 2. cap. 9. num. 48.* Quo intuitu vero Elector Trevirensis dicatur Archi-Cancellarius per Galliam, non conveniunt inter se Doctores, Rhet. in *Instit. jur. public. lib. 1. Tit. 9. §. 1.* ad minimum præ aliis maximopere hallucinatur Petr. Gregor. Tholoff. de *Republic. libr. 7. cap. 16. num. 18.* quando putat Electorem Trevirensis se dicere Cancellarium, nomine Gallorum, ut remaneat probatio, jus quoddam esse Gallis, eligendi Imperatorem Romanum, quem errorem fati ipsium, post alios refutavit Limn. de *jur. publ. libr. 3. cap. 5. num. 9. sequ.* Veriorem rationem, quare per Germaniam, Galliam ac Italiam, Archi-Cancellarii sint constituti, reddit Leh-

mann. *in Chron. Spirens. libr. 2. cap. 7.* dum ait: Dierweil
dann das Teutsche Fränckische Reich drey unterschied-
liche Königreiche begriffen / Teutschland / Franckreich
und Italien / damit alle und jede Unterthanen / aus al-
len Landen und Orten / dem teutschen Königreich zu-
gehörig / ihr Anliegen und Nothdurfft in ihrer Sprach
anbringen / und darneben spühren und vermercken kön-
nen / daß ihr Haupt und König / aller und jeder des
Reichs Unterthanen und Geschäfte ihme angelegen
und befohlen seyn lassen / hat man aus jedem König-
reich einen Erzh / Canslar erwahlet und zum Königl-
chen Hoff verordnet / durch welchen eines jeden Sachen /
Obliegen / Wohlfarth und Bestes verricht und beför-
dert werde. De hoc Arelatensi Regno interim tradunt
Historici, quod Carolus IV. Imperator, quem Imperii
Viticum, ob administrationem honorum Imperii pro-
fusam, Maximilianus Imperator dixit, unius prandii gra-
tia, prope Civitatem Avignion Imperio subtraxisset, &
Regi Galliae dono dedisset. Vid. Lehmann. *in Chron.
Spirens. Lib. 7. cap. 40.* Sprenger, *in Instit. jur. publ. libr. 2.
cap. 26. pag. m. 265.* Et quamvis, hac alienatione per-
moti, nonnulli tradunt, titulum Electori Trevirensi re-
mansisse, ipsum officium verò abiisse, quos inter Spren-
ger. *cit. cap. 26. pag. m. 265.* & quod hodie inanis sit titu-
lus, omni potestate destitutus, cum nec Gallia, nec Arela-
tense regnum, sola Sabaudia excepta, quidquam Ger-
manico deferat Imperio, Imhof *in Notit. Procer. Imper.
Libr. 2. cap. 3. §. 1.* attamen verior nobis videtur opinio,
quod conservatio titularum, jus ipsum conservet. arg.
L. 1 & L. 2. Cod. *Vt nemo Privat. titul. ibique Dres.* Un-
de hisce Electoribus, non tantum vanos ac inanes Ar-
chi-Cancellariorum titulos, sed omnino ipsa etiam jura
titulis

(45.)

titulis annexa, in salvo adhuc esse, necdum non usu, quia se non obtulit occasio utendi, periisse, tradunt allegati apud Schvveder. *part. spec. sect. 2. c. 3. n. 2.*

TH. IV.

Sic quoque dignitas Archi-Præfulis Treverorum, ex eo satis eminet, quod Collegium Canonicorum Metropolitanæ Trevirensis Ecclesiæ, numerum quadragessimum implet; quorum XVI. *CAPITVLARES*, reliqui *DOMICELLARII* vocantur, omnes nobili sanguine creti, quorum catalogum ac nomina exhibet Dn. Imhof. *in Notit. Procer. Imper. libr. 2. c. 3. §. 12. & 13.* Habet etiam suos Officiales hæreditarios; nimirum *Mareschallus*: Dnn. de *Elz*; *Dapiferos*: Dnn. *von der Reye*, *Camerarios*: Dnn. de *Kesselstadt*; & *Pincernas*: Dnn. de *Schmideberg*. Vid. Imhof. *in Notit. Procer. Imp. libr. 2. cap. 3. §. 10.* Pfessing. *ad Vitriar. Inst. jur. publ. lib. 1. tit. 14. §. 2. lit. a. in fin.*

TH. V.

Titulum moderni Trevirensium Archi-Episcopi, in fronte dissertationis exhibuimus. Insignis loco post alia utitur Cruce rubra, aureo in vellere, prout vult Höping. in insigni suo tractat. *de jur. in sign. c. 6. part. 1. §. 1. num. 39. & 40. p. m. 237.* sequentes adjiciendo verficulos:

Quenam præ reliquis arbor lectissima? Crux est:

Quod brutum superat nobilitate? Leo.

Ergo pari fuerat Crux adjungenda Leoni.

Ergo Leo junctus debuit esse Cruci.

Dn. Imhof. *in Notit. Procer. Imper. Libr. 2. cap. 3. §. 4.* autem ait: esse areolam argenteam, quæ crucem rubeam, Archi-Episcopatus Trevirensis *ἀγῶνα* exhiberet. Cu-

jus rei scrutinium , artis Heraldicæ Cultoribus, nos relinquimus,

TH. VI.

De Benefactoribus Ecclesiæ Trevirensis, ac quam Provinciam ac ditiones, ipsi successive, quasi jure quodam alluvionis accesserint, cum præsens pagina illis recensendis non sufficiat, videri possunt Golscheri Monachi S. Mathiæ apud Treviros, *Gesta Treverorum*, Wilhelmi Kyriandri *Annales Augusta Treverorum*, Christophori Brovveri *Antiquitates & Annales Trevirenses*. Math. Merian. *Topograph. Trevirens.* Imhof. *Notit. Procer. Imper. libr. 2 cap. 3. §. 6. sequi* Gastel. *de Stat. publ. Europ. part. 2. c. 9. num. 50.* alique, ad quos Lectorem cupidum brevitatis studio remittimus.

TH. VII.

Licet etiam supremum dominium, jura Superioritatis, aliaque omnia in Episcopatus Metensem, Thulensem & Verodunensem, quemadmodum antehac ad Romanum spectabant Imperium, Coronæ Galliæ inseparabiliter cessâ atque incorporata fuerint, factum tamen hoc est, reservato jure Metropolitanano, ad Archiepiscopatum Trevirensensem pertinente. Vid. Instrum. Pacis Cæsareo-Gallic. *de Anno 1648. §. 70.*

TH. VIII.

Fruuntur non minus Electores Trevirenses, magnis apud Rhenum vectigalibus, majoribus ad Mosellam, quæ, quoniam Dioceseos magnam partem alluit, dominium hujus fluminis sibi asserunt, & audiere quondam Domini Mosellæ, *Herren der Mosel.* Imhof. *in Notit. Procer. Imp. libr. 2. c. 3. §. 10.* Schwveder, *in Theatr. prætens. illustr. Libr. 3. sect. 24. c. 4.*

THE-

47
THESES IX.

In Electione Imperatoris Romani, Elector Trevirensis, primum habet votum, juxta Aur. Bull. *Cap. 4. Carol vom Hagen in Inst. jur. publ. libr. 2. cap. 1. num. 28. Schilter. in Inst. jur. publ. Libr. 1. Tit. 14. §. 22. & Tom. 2. tit. 19. §. 27. & 28. Reinking. de Regim. Secul. & Eccles. libr. 1. class. 3. cap. 5. num. 15. ubi tamen num. 17. contendit hunc votandi Ordinem, in persona Moguntini hodie ex consuetudine esse immutatum, ita ut Moguntinus, in electione, primum habeat suffragium.*

THESES X.

Tradit etiam Author *Quinquertii Cameralis quest. 5. §. 100.* quod Elector Moguntinus, ad manus Electoris Trevirensis, juramentum electionis, **den Wahl Eyd** præstare teneatur, cujus formulam habemus in Aur. Bull. *cap. 2. §. 3.* id quod etiam in novissima Imperatoris nostri Invidiosissimi Caroli VI. electione, observatum fuisse, restatur Author **der eigentlichen Beschreibung der zu Frankfurt am Mayn/ Anno 1711. vollzogenen Wahl und Crönungs Actuum** pag. m. 22 sequi nec non Author **des vollständigen Diarii derer Wahl und Crönungs Solennitäten** Caroli VI p. m. 10, sequi.

THESES XI.

Nec in jure publico versantibus ignotum esse potest, quod Elector Trevirensis, omnes Electores seculares præcedat; ac ex Ecclesiasticis etiam Coloniensem, *Gastel. de Stat. public. Europ. part. 2. c. 9. num. 45. sequi.* quod non solum Trevirensis ecclesia Colonensi sit antiquior, & ut volunt, ab ipso Petro fundata dicatur, *Rhet. in Inst. jur. publ. libr. 1. tit. 9. §. 5.* sed & Gallia, per quam, ut audivimus Archi-Cancellarius nuncupatur, ante Italiam, per quam Colonienfis Archi-Cancellarius est, Imperio

perio Romano accreverit. Pffeffinger ad Vitriar. *Instit. jur. public. Libr. 1. tit. 14. §. 2. lit. a.* Vetusstatem autem originis, aucto itatem conciliare inter Gentes, & adaugere splendorem quis æquus rerum Censor dubitabit? Historiam foundationis hujus Ecclesiæ Trevericæ, enarrat Otto Frisingens. *Libr. 3. Cap. 15.* Gemina huic, nisi quod circumstantiæ in nonnullis varient, legimus in vetusto aliquo, quod possidemus, Chronico Colonienfi *pag. m. 55. Et 56.* add. Kyriander in *Annal. Augustæ Treveror. part. 3. pag. m. 38.* Imhof in *Notit. Procer. Imper. libr. 2. cap. 3. §. 5.* imo sunt qui sibi persuadent, tum Moguntiacensem Ecclesiam, tum Agrippinensem, priusquam Metropoles fierent, sub Trevirensi fuisse, quibus tamen se opposuit Nicol. Serar. *Moguntiac. rer. lib. 1. c. 21.* Nostris temporibus, hi duo Mystagogi, jus sessionis ac præcedentiæ, alternative nonnunquam exercere solent. Vld. *Limn. d. jur. publ. Lib. 3. Cap. 5. num. 13. sequ.* Pffeffinger ad Vitriar. *Inst. jur. publ. lib. 1. tit. 14. §. 2. lit. a. circa fin.* ubi ex Electoralis Collegii Concluso de Anno 1657. sequentia verba citat. **Wann die Herrn Chur-Fürsten in Person alle beyssammen/ und keine Latera gehalten werden/ sondern dieselbe in einer Serie nach einander sitzen/ wie sonderlich in der Kayserlichen und Königlichem Wahl in Conclavi geschicht/ so hat es damit seine Richtigkeit/ daß einem Chur-Fürst zu Maynz die Erste/ Chur-Trier und Cöln alternatum, nach einander die andere und dritte Stelle gebühre.**

THESIS XII.

Prærogativis Electoris Trevirensis etiam hanc superaddimus, quod in illis Imperii negotiis, in quibus Elector Moguntinus, tanquam Collegii Electoralis Decanus, vel non vult, vel non potest, munia Archi-Cancel-

cellariatus sui, consueto more exequi, altheidictus Elector Trevirensis, hujus vices, ex sententia multorum supple-
 re possit. Vid. Author Quinquert. Cameral. *quæst.* 5. §. 94. & §. 100. Ex qua ratione etiam, absente Electore Moguntino, jus Directorii, in Comitibus Imperii prætendit. Vid. Schavveder. *in Theatr. præsens. Person. illustr. Libr. 3. Sect. 24. Cap. 1.*

THESES XIII.

Licet etiam Revisio actorum, apud Electorem Moguntinum, tanquam Archi-Cancellarium Imperii, loco Cæsareæ Majestatis, in scriptis sit interponenda, Ordinatur. Cameral. *part. 3. tit. 53. §. 1.* Tamen si Moguntini inter-
 ferat, denunciatio Electori Trevirensi fieri debet, Re-
 cess. Imp. de Anno 1654. §. in *Fällen* 125. Prout et-
 iam, si Moguntinus in suis vel sui Archi-Episcopatus
 causis, revisionem petere velit, aut pars adversa eandem
 petat, Archi Episcopus Trevirensis vices Moguntini ge-
 nere solet. Blum. *de process. Cameral. tit. 79. §. 13.* Auth.
 Quinquert. Cameral. *quæst.* 5. §. 100. Similimodo, si mor-
 te, vel alia causa superveniente, Elector Moguntinus,
 reliquos ad Comitatus Electorales convocare non possit,
 Trevirensi Electori, ex solenni pacto hoc ipsum com-
 missum est, teste Rachelio *in Dissertat. de Comit. Electro-
 ralis. thes. 7.*

THESES XIV.

Nec potest appellari ab Electore Trevirensi, nisi
 summa causæ excedat 500. aureos, imo in causis mo-
 mentaneæ possessionis, omnino non licet provocare, &
 qui in reliquis causis appellat, intra tres menses, à tem-
 pore lata sententiæ, præstet juramentum calumniæ, &
 cautionem juratoriam, sub hypotheca omnium bono-
 rum, alias appellatio est nulla, & sententiæ executioni

G man-

mandatur, juxta privilegium Ferdinandi Imperat. de die 23. Novembr. A. 1562. cujus tenorem refert Limnaus de jur. public. libr. 3. cap. 5. numer. 20. add. Blum. de process. Camer. tit. 47. tab. 1. Sic etiam, ab Officiali Trevirensi, quia ejus jurisdicctio circa secularia adhuc controversa est, non ad Cameram, sed ad judicium Trevirensis Aulicum appellari solet, prout tradit Lyncker. de Gravam. extrajud. cap. 5. sect. 2. §. 5. n. 6.

THESIS XV.

Sedes Trevirensis etiam hoc Casareo privilegio munita dicitur, quod omnia Imperii feuda in Archiepiscopatu aperta ad ipsum devolvi debeant. Itter. de feud. Imper. cap. 24. §. 10. Schvveder. in Instit. jur. public. part. spec. sect. 2. cap. 4. §. 4. ubi tamen dubitare volunt an hoc privilegium in usum devenerit.

THESIS XVI.

Aliud privilegium singulare, à Friderico Imperatore, impetravit Trevirensium Archiepiscopus Jacobus, ut scilicet, quarumcunque literarum, de feudis, hypothecis, & aliis juribus Ecclesie Trevirensis exempla, quæ in Codicibus feudalibus **denen Mann Büchern** consignata deprehenduntur, parem ipsis authographis deperditis auctoritatem & fidem obtinere debeant. Tenor privilegii est sequens:

Wir Friederich von Gottes Gnaden Römischer König/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ Herzog zu Oesterreich/ &c. &c. bekennen und thun offenbahr mit diesem Brieff allen denen die ihn sehen und hören lesen/ ob Wir wohl von Königlichcr Würdigkeit / darzu Wir durch die Gnade des Allmächtigen erhöhet synd/ allezeit sorgfältig seynd / wie Wir dem Römischen Reich
nuß;

193

nuszbarlich vorstehen mögen/ alsdann das wohlziemlich
 ist/ jedoch so seynd Wir allezeit insonderheit mehr fleis-
 sig zu betrachten / damit Wir Unsere und desselben
 Reichs forderste und innerste Glieder in gutem Wesen
 behalten/ und verhüten / damit sie an ihrer Würdige-
 keiten/ Herrlichkeiten und Rechten nicht gekränkert und
 gemindert / sondern daran gestercket werden. Und
 wann nun vor Unsere Königliche Majestät kommen
 ist / der Ehrwürdige / Jacob / Erz- Bischoff zu Trier/
 des Heiligen Römischen Reichs / in Belschland und
 durch das Königreich zu Arelat Erz- Canslar / Unser
 lieber Neve und Chur- Fürst / und hat Uns mit schweh-
 rem Gemüch erzehlet und vorbracht / wie in denen zwey
 vergangenen Läuften und Irrungen / die sich in dem
 Stifft Trier / leyder lange Jahr / gemacht haben / viel
 Saumnitz geschehen seynd / nehmlich / daß solcher Zwey-
 tracht wegen derer die um den Stifft kriegen / die Lehen
 nicht ordentlich geliehen / auch etliche solche Lehen/
 Pfandschafft und anders betreffende / durch Hülff und
 Beystands willen der Partheyen oder sonst übergeben/
 verrucket und entfrembdt worden seynd / derer auch der
 ehengannde Unser Neve etwa viel wieder in seine Ge-
 walt bracht habe / darinn Er besorge daß in den künfft-
 tigen Zeiten / seinem ehengannten Stifft / solche Lehen/
 Pfandschafft und anders mögten geläugnet oder abge-
 zogen werden / wiewohlen die in seinen Lehen- Büchern
 die man Mann- Bücher nennet / verzeichnet und be-
 schrieben habe: Und hat Uns demüthiglich angeruffen/
 Ihn und seinen Stifft darinn gnädig zu versorgen.
 Offen haben Wir angesehen des ehengannten Unsers
 Neven fleißige Bitte / auch betrachtet / daß Wir dessel-
 ben Stiffts Obrister Lehen- Herr seynd / und daß solch
 des

78
des Stifts Lehen/ Pfandschafft und anders/ Uns auch
antrefse / und von Uns und dem Reich und auch dem
Stift ehegenandt / nicht entzogen werden / darum mit
wohlbedachtamen Ruch / auten Ruch Unserer Rätthe
und getreuen und rechtem Wissen. So haben Wir ge-
setzt und geordnet / setzen und ordnen mit diesem Brief/
von Röm. Königlichen Macht/ Vollkommenheit / also/
daß solche des ehegenandten Stifts Mann-Bücher zu
Behaltung desselben Stifts Lehen/ Pfandschafft und
anders/ wie man das nennen mag/kräftig und in Macht
seyn sollen/ also/ ob die Briefe/ die man in den ehegenandten
Mann-Büchern ausgeschriben/ copirt und verzeichnet
findet / als vorgemeldet ist / durch Krieg und Unrath
vielleicht wären entfremdet worden / daß dann solchen
Mann Büchern und alten Schriften/ gleich den Haupt-
Briefen geglaubet / und der Stiftt dadurch nicht verfür-
get werden/ und gebieten darum allen Fürstlichen/ Grafen/
Freien Herrn/ Rittern/ Knechten / und allen des ehe-
genandten Stifts Mannen und Lehen-Leuten/ und
sonsten allemänniglich/ sie seyen wer sie wollen / daß sie
sich nach solchen Mann-Büchern / ob nicht Brieff vor-
handen wären / richten / den glauben/ und gegen dem
Stiftt thun/ mit Empfangung und Handhabung sol-
cher Lehen/ Pfandschafft und allen andern wie man das
genennen mag/ dem ehegenandten Stiftt zu Trier zuge-
hörend/ als Recht und Herkommen ist/ und thun darinn
nichts anderst/ als lieb einem ieglichen seye Unserer und
des Reichs schwehere Unquadt zu vermeiden. Mit ur-
kund dieses Briefs und Siegels. Mit Unser Königl.
Majestät Insiegel geben zu Straßburg nach Christi
Geburt vierzeihen Hundert Jahren / und darnach in
dem Zwen und vierzigsten Jahre / am Montag nach
St.

199
St. Bartholomæus-Tag / Unsers Reichs in dem Dritten Jahr.

Sugillat interim tenorem hujus privilegii, ac multam Jacobi Archimystæ Treverensium cupiditatem, & ad extollendam ecclesiæ suæ potentiam, nimiam curam, male erga sedem Archi-Episcopalem animatus, ac causam Augustæ Treverorum contra eam mascule defendens Wilhelm. Kyriander *in Comm. de August. Trever. part. 15. p. m. 206.*

THE S I S XVII.

De Archi Episcopi Trevirensis Subditis, illud quod notari meretur, quod iisdem ex speciali Caroli IV. privilegio indultum sit, ut licet ipsius Cæsaris aut Imperii Vasalli forent, ad judicium Imperialis vel Regalis Curia, vel alterius cujuscunque, trahi non debeant inviti; sed coram Archi Episcopo suo sunt conveniendi, cui similem Regali vel Imperiali Aula, judiciorum formam exercere, atque una sola pro omnibus terminis Citatione uti, permillum est, *litter. d. feudis imp. c. 25. §. 3.*

THE S I S XVIII.

Cum etiam Academia, tanquam pietatis ac virtutum Officinæ, ac seminaria Ecclesiæ & Reipublicæ, maxima sint Rerum publicarum ornamenta. Vid. Linnæus *de jur. publ. libr. 8. c. 1. n. 72. seq.* quarum erigendarum Facultas, in Imperio nostro, non omnibus ex æquo Imperii Statibus concessa, sed à Cæsareæ Majestatis clementia devotè expetenda. Schveder. *in introd. in jus publ. par. 1. spec. sect. 1. c. 6. n. 4.* Dn. Coccej. *in juris publ. prud. cap. 23. n. 25.* *litter. de honor seu Grad. Academ. c. 5. §. 1.* Sic, quod de Univeritate Moguntina deprædicat Nicol Serar. *Moguntiacar. Rev. Cap. 34.* quod nimirum illius Urbis sit decus, & de fortunis Hallensium ex Fridericiana, Dn. Ludvig

de vig in peculiari Orat. multo magis de alma Trevi-
 rum affirmare possumus, quæ utramque, præcipue po-
 steriorem, ætate antecedit, ac ex qua, fulgentissimæ hujus
 Sedis Archi-Episcopalis magnificentia ac splendor, sa-
 tis magna huc usque sensit augmenta. Vid. Hermes in
fasc. jur. publ. c. 33. n. 50. ubi etiam D. Hieronymum in ea
 commoratum fuisse tradit.

THESIS XIX.

Ab Academiis ad Fortalitia non immerito descen-
 dimus. Quemadmodum enim illæ inscitia tenebras de-
 pellunt & fundamenta sunt fortia ac firma, quæ domum
 regiminis faciunt subsistere inconcussam & superiorita-
 tem sceptri inviolabilem. *Limn. d. jur. publ. libr. 8. cap. 1.
 n. 74.* Sic fortalitia quoque contra omnem vim exter-
 nam defendunt. Myler ab Ehrenb. *de Princip. & Stat. Imp.
 part. 2. c. 77. §. 1.* Non solum autem Elector Treviren-
 sis, jus habet construendi fortalitia in suis territoriis, tan-
 quam Status Imperii, quemadmodum etiam diversas in
 suis ditionibus extructas videmus munitiones, præci-
 pue Ehrenbreitsteinianam (vid. supra *sect. 2. thes. 5.*)
 de qua, quod olim Poëta Mantuanus de Roma, dicere
 licet:

Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbeis,

Quantum lenta solent inter viburna cypressi.

Sed & quod privilegium iterum est satis singulare, for-
 talitia infra Leucam unam à locis jurisdictionis aut di-
 strictus Archi-Episcopi & Ecclesiæ Trevirensis, nemo
 erigere potest, præter consensum Archi-Episcopi. Vid.
*Knipschild de jur. & privileg. Civitat. Imper. libr. 2. cap. 22.
 num. 99.*

THESIS XX.

Ne autem in recensendis prærogativis Archi-Præ-
 suli

193
 suli Trevirorum competentibus, nimum sumus prolixi,
 aut Stateram dissertationis transgrediamur, unicum sal-
 tem adhuc lubet subijcere Privilegium satis momen-
 tosum ac favorabile, quod Carolus IV. Romanorum
 Imper. in Anno 1376. Archi-Episcopo Trevirensi con-
 cessit, cujus tenorem sequentibus verbis enarrat Linn.
de jur. publ. libr. 3. c. 5. n. 21. seq.

Carolus IV. Rom. Imp. Aug. & Bohemia Rex, Intuitu
 venerabilis Cunonis sanctæ Trever. Ecclesiæ Archiepiscopi,
 sacri Imperii per regnum Arelatense & Galliam Archicancella-
 rii, Principis consanguinei, & devoti sui charissimi, civita-
 tem, oppida, villas, castra & fortalitia ejus, & Ecclesiæ prædi-
 ctæ libertat, & libertate confirmat, eademque decernit ad
 ipsam Ecclesiæ Trevirensis pertinere, cum jurisdictione,
 meroque ac mixto Imperio, & eorundem exercitio, potestate-
 que animadvertendi in delinquentes istorum locorum. Con-
 firmantur d. in, & conceduntur eidem Archiepiscopo, atque
 ejus Ecclesiæ, proprietas & possessio perpetua castrorum & mu-
 nitionum, Coche, Kemplen. & Clotten, cum thelonco, jurisdic-
 tione, & omnibus pertinentiis; item monetam in civitate
 Treveri velextra, locis domini vel districtus Episcopalis
 signandi, & falsarios puniendi jus, non obstante, sed sublatâ
 prætensione civitatis Treverensis, quod Episcopus in civitate
 ipsa cum illius consensu monetam cudere debeat. Confirman-
 tur deinde thelonia super flumine Rheni & Mosella, & immu-
 nitas veltigalium pro rebus quas Clerici diocesis Trevir. non
 negotiandi causa deserunt, nem jurisdictio, & conductus su-
 per fluvium Mosella, una cum strata ejus utrobique dicta
 Linpadt, à ripa Dilmerbach, prope villam Remich, usque in
 Rhenum, & conductus super fluvium Rheni, à Duberbach in-
 ter Brie & Rhense, usque ad ripam Nette prope Andernacum,
 præterea conductus & Foresta in Spurckenberg prope Monta-
 bur

bur in Lesura, Kyle & Sura fluvii, nec non toto tractu inter
 amnes Brinzam & Dronam, strata etiam utraque seu Lin-
 padt & conductus fluminis Sara ab amne Brinza usque ad
 Mosellam, sanctione addita, ne quis, cujusque status, illos con-
 ductus, per receptionem thelonii, vel captionem seu arresta-
 tionem personarum, vel rerum, quovis modo, belli quoque
 temporibus, in fringat, quibuscunque privilegii non obsta-
 ribus, vel pravam consuetudinem in istis conductibus nau-
 fragorum, vel cadentium bigarum & aurigarum, bona vel
 uti jure Grundarur occupandi, deinceps exerceat. Vasalli, mi-
 nisteriales, castrenses, cives, oppidani aut subditi Archiepi-
 scopi, tam Ecclesiastici quam seculares, etiam si quis ministre-
 rialis aut Vasallus ipsius Caesaris seu Imperii foret, ad judici-
 um Imperialis aut Regalis Curia, vel alterius cujuscunque su-
 per quacunque causa trahi vetantur inviti, sed coram Ar-
 chiepiscopo similem Regali vel Imperiali aule judiciorum for-
 mam exercere atque una sola pro omnibus terminis citatione
 uti permittitur. Quibus persone in iudicio suis etiam feu-
 dalibus uti possit, & qualiter actus iudicum tanquam veris
 fieri oporteat exprimitur. In feudatibus causis, a Curia par-
 tibus ad Archiepiscopum, ipsi etiam Archiepiscopo, a parium
 sententiis quibuscunque ad Caesarem provocandi facultas
 tribuitur. Vasalli intra diem & annum feuda sua requi-
 rere atque recipere, nec ea prater domini voluntatem alienare
 aut obligare jubentur, alioquin libera potestas Archiepiscopo
 conceditur protinus absque ullo juris ordine talia feuda sibi
 vendicandi. Insuper Archiepiscopo Trevir. indulgetur li-
 bertas ultra vel citra montes ad parlamentum & expeditionem
 Imperatoris hanc accedendi, nisi & alii omnes Electores
 Imperii nominatim vocentur. Archicancellariatus exercituum
 munusque & proventiones, custodia sigillorum Imperialium
 vel Regalium, institutio & destitutio Cancellarii, Protonota-
 riorum

riorum & Notariorum Cancellaria, quotiescunque contingit, Imperatorem vel Regem terminos Arclatenfis regni vel Gallie intrare, simulque prerogativa vocis prima, tam in electione Regis Romani futuri Imperatoris, quam in aliis Imperii negotiis per Electores communiter tractandis, Archiepiscopo Trev. confirmantur: Fortalitia castrave quovis in fundo vel districtu totius Ecclesia Trever. vel infra Leucam, à locis jurisdictionis ejus, præter consensum Archiepiscopi erigere nemini, nec ipsis quidem Augustis licere, pœnâ 50. lb. puri auri; insuper Ecclesias vel monasteria seu capellas diœcesis Trevir. incastellare absque voluntate ipsius primarii sacerdotis fas haud esse, sub pœna banni Imperialis sancitur. Excommunicati ab Episcopo, vel ejus officialibus & iudicibus, ultra annum & diem pertinaces, per ipsum Archiepiscopum vel ejus Curia magistrum, proscribi, & in Imperiali banno poni, atque à cunctis vitari jubentur; Bona feudave imperii qualibet obligata, alienata, venditave, à quocunque redimendi, sibi que retinendi facultas, nominatim emptio oppidi Limburg & castrorum de Governâ cum omnibus pertinentiis, Archiepiscopo confirmatur, lus argentariarum, seu aliarum mineriarum, in dominio seu districtu Trevirensis Ecclesia, vel in ipsius diœcesi existentium, nec non thesauri in iisdem terminis inventi, eidem Archiepiscopo conceduntur, nullo cujusquam privilegio, jure vel usu obstante. Potestas cassandi mutandique communitates, societates, fraternitates, statusa, consilia & rectores suorum locorum, civitatis & oppidorum, & bonorum suorum Archiepiscopo attribuitur in perpetuum. Subditi Ecclesia Treverensis neque ut Palsburger, oder Dandeleut, neque si damna ti proscriptive, vel hostes Archiepiscopi sint, in civitatibus Imperialibus recipi, sed expelli jubentur. Archiepiscopum Treverensem inimicis suis justum bellum indicere, & in expeditionibus suis vel Imperii quovis locorum victualia capere

H

pro

pro arbitrio posse, nec inde ad damna vel praestationes ulla teneri debere, exprimitur. Omnia feuda Ecclesia Treverensis ad eandem, & ad Archiepiscopum, iisdem modis devolvi, quibus ad Casarem vel Imperium solent, nec ad prolem foemineam pervenire debere decernitur, nisi de tali privilegio clare doceatur. Merum & mixtum Imperium, cum attinentiis in jurisdictionibus diocesis qua Freirengereide vocantur, Archiepiscopo confirmatur, pariterque jus tutela exercenda vasallorum suorum impuberum. Si qua collatio beneficii cujusquam diocesis Trever. Casari competat, ipsum Archiepiscopo Treverensi personas idoneas praesentare debere pro institutione obtinenda declaratur. Sententia per ipsum Carolum pridem lata pro Cunone contra civitatem Treverensem, que ipsam, ejusque dominium directum & utile, advocatiam ibidem cum mero & mixto imperio ac jurisdictione tam Ecclesiastica, quam seculari ad Episcopum & Ecclesiam pertinere decrevit, ratificatur & confirmatur. Denique privilegia, sententia, libertates, exemptiones, gratia, atque omnia quae cunque Trever. Archiepiscopis, eorum Ecclesia vel monasteriis & subditis ipsius unquam concessa fuere, moncia etiam & Iudaei dominia, jurisdictiones forestaria, districtus, sabelonia, strata publica, conductus per terram & aquas, jus navigandi, piscaria, aquarum decursus, ripa & litorata in dominio, potestate vel districtu Archiepiscopi & Ecclesia Treverensis, & omnia feuda, jura & consuetudines, libertates, proventus, bonaque omnia que possident, vel quasi, specialiter feuda castrorum de Coverna, proprietates vel quasi, monasterii Sancti Maximini, advocatia monasteriorum de Wadgassen & de Sprengersbach, proprietates & possessio oppidi sui Monasterii in Meinsfeldt, & castri Thurum, cum omnibus pertinentiis eidem Archiepiscopo & Ecclesia Treverensi confirmantur, renovanturque ex certa scientia, de plenitudine potestatis Imperi-

perialis. Omnia privilegia, littera Caesarea quibuscunque personis vel locis concessa, nec non omnia statuta, consuetudines & usus, quatenus adversantur praemissis, cassantur & tolluntur: cum promissione defensionis & non contraveniendi, per ipsum etiam Imperatorem, addito, in omnibus Episcopi privilegis latissimam interpretationem fieri debere, & cum inhibitione, ne quisquam mortalium super talibus Archiepiscopos Treverenses molestat: quibus eo nomine permittit &c. etiam penas multasque statuere in rebelles. Defectus si qui sint in his aut aliis litteris Caesareis, vel quibuscunque solemnitatibus, ii de plenitudine potestatis Imperialis suppleantur: & hinc tabulis plena probationis auctoritas tribuitur. Praedicta omnia sancuntur sub pena centum librarum auri puri. Signum Caroli. Testes citantur Principes Electores & alii, nobilesque & fideles Imperii plerique, sub aurea bulla typario Ces. Maj. impressa. Datum Bacharach Anno Domini 1376. Indiēt. 14. 2. Calend. Iunii. Regnorum Caroli 30. Imperii 22. Recognovit Nicolaus Cameracensis Praepositus, vice & nomine Reverendissimi Domini Cunonis Archiepiscopi Trevirensis, Sacri Romani Imperii per Galliam & Arelatense Regnum Archicancellarii, Imperialis aule Protonotarius.

Hic nobis sacra terminalia sunt. Quae desunt reservamus aliis, praecipue quibus rerum Trevirensium accuratior notitia, & scrinia Archivozum inspiciendi facultas. Nullius auctoritati aut juri quid detractum volumus, & quae in sensum alienum detorqueri possunt in faniorem interpretentur. Si menda irrisperunt, aut aliquid humani passus sumus, id humanitas Lectoris excusabit, cum omnium habere memoriam & penitus in nullo peccare divinitatis magis quam humanitatis sit, juxta L. 2. §. si quid autem 14. Cod. de Vet. jur. enucl. Ho-

88 (60.) 80
mines autem maleferiatos quod attinet, illos cum Mar-
tiali *Epigr. & Libr. 9.*

Non nimium curo : nam coenæ fercula
nostræ,
Malim Convivis quam placuisse Co-
cis.

F I N I S.

ANNEXA RESPONDEN-
TIS.

I.
Jus naturæ possumus mutabile dicere.

II.
Minister Principis, in rebus magni momenti aliquid sine Epistalmate faciens peccat, licet res bene sue cedat.

III.
Tutor propter latam culpam ab officio remotus non fit infamis.

IV.
Maritus non tenetur lugere Uxorem.

V.
Jus venandi Subditis recte ademptum est.

IV.
In donatione non est præstanda Evictio, *eiuent*
ge

(61)
geschenkten Pferd muß man nicht in das Maul
sehen.

VII.

Hæc verba *meine Liebste/ mein Kind/ & similia,*
nullam inducunt obligationem spontaneam.

VIII.

Propter graveolentiam Oris supervenientem spon-
sa repudiari potest.

IX.

Si quis alterum, Calendis Aprilis, ad certum lo-
cum transeundum commoverit, wann jemand den and-
ern in den April schießt/ actio injuriarum potest habe-
re locum.

X.

Prout etiam si quis aliquem Virum bonum ap-
pellaverit.

XI.

Si equus, quem quis propter infirmitatem rege-
re non potuit, damnum dederit, habet locum actio ex
Lege Aquilia, quod observent, qui vulgo vocantur
die Lateinische Reuter.

XII.

Recte abolita est probatio per aquam frigidam,
die Wasser- Probe der Hexen.



TRevericæ Sedis dum tentas jura tueri,
Gratulor ; & Tibimet coetera fausta
precor.

*Pauca hæc in honorem Dni Respondentis
adjicere voluit,*

J. L. Wiederholdt/
Prof. Jur. Ord.

Deweil dein grosser Fleiß die Tugend so vermehret/
Daß dich Apollo selbst mit süßem Nectar tränckt/
So ist es billig auch daß man dich lobt und ehret/
Und in gar kurzer Zeit dir Lorber- & Kränze schenckt ;
Apollo laße nur was er dir hat verliehen/
Indem er dir das Bild der Weisheit eingeprägt/
Noch viele Jahre sters in deinen Sinnen blühen/
So wird die Ehren-Cron mit Ruhm dir angelegt.

*Dieses wolle seine Gütigkeit zu observiren / in Eyt
gütlichwünschend beysehen*

J. H. Reichmann/LL. Cult. Oppon.
In



199
I Ngenii vires monstras certamine claro,
De quo gratatur, mens mea tota tibi.
Laudo tuum nilum, sic cœpto perge meatu,
Et precor ex animo Commoda mille tibi.
Pergas sic fies juris justique peritus,
Decurso studio premia digna feres.

*Hæc pauca Nobilissimo Honoratissimoque Do-
mino Respondenti, Commensali ac amico
charissimo, in perenne amicitiæ vinculum
apponere voluit,*

P. F. Demol, LL. Cult.
Oppon.

T Urem laudandam præstas Clarissime BEHMER,
Dum Domini tradis themate jura tui.
Gratulor ergo tibi: Dominus tua cœpta secundet,
Et pariat, voveo, commoda magna tibi.
Sic tibi BEHMER O, quem debeo testor honorem,
Jure fodalitii, qui mihi junctus eras.
Sic animum testor subscripto hic nominæ gratum,
Inque meo charus pectore semper eris.
Sic ergo assiduis cœlestia numina votis,
Dent, precor, ut vitæ tempora longa tuæ.

*Paucis hæc Nobilissimo ac Clarissimo Domino
Respondenti, affectum suum demonstrare, uti
debuir, ita quoque voluit, ejus Studiosissima
Opponens.*

Fr. A. Hansen, Hadamariensis.

So

So will mein werther Freund/ Akræen Sieh bee
schreiben/
Und ein gelehrtes Werk der Nachwelt reichen
dar/

Javor der Fürsten Recht/ mit Mund und Feder streiten
Und was vor dunkel war/ nun machen offenbahr;
So deucht mir/ sich schon/ die Daphne sich selbst neigen/
Zu bringen Themis dar/ zu Seinem Ehren/ Kranz/
Damit Sie iederman mit dessen Fleiß mögt' zeigen/
Wie daß Ihm nichts beliebt / als nur Akræen
Glanz/

Und daß ein Musen/ Sohn/ durch steten Fleiß und Wa-
chen
Zum Dienst des Vaterlands/ und was dem an-
genehm/

Mit Wiederholdes Lehr sich könne fertig machen/
Daß Er zu hoher Ehr geschickt sey und bequem.

Hiermit bezeugte seine treueste aufrichtige Schuldigkeit / des
Herrn Respondenten gehorsamer Diener

J. A. Reccius, LL. Cult.

*Die 17. Augl
1715. hanc
haboen*

Materiam insignem magno fervore tueris:
Est factum egregium, Docte BEHMERE, Tuum.
Tu modò sic pergas studiis incumbere cœptis,
Ut patriæ poss' hac utilis esse queas.

In amicitia sincere amplexibus apposuit hæc

N. C. E.


☞☞☞)o(☞☞☞

*ist abfolte
Hertmann*

X 2203495

Sb.

Kop





Q. D. B. V. 1715, 1^a
DISSERTATIO JURIS PUBLICI,
DE

PRAEROGATIVIS
S. ROM. IMP.
ELECTORIS TRE-
VIRENSIS.

QUAM
SACROSANCTA TRINITATE ADSISTENTE,
SUB
MODERAMINE ET DUCTU,
VIRI NOBILISSIMI ET CONSULTISSIMI,
DN. JOHANNIS LVDOVICI

Wiederholde!

J. U. Lti, PROFESSORIS JURIS ORD. AC CONSI-
LIARII DILLÆBURGICI,
Publice defendendam suscepit,
CAROLUS HENRICUS BEHMERUS,
HERSBACO-TREVIRENSIS.
AD DIEM FEBRUARII A. MDCCXV.

HERBORNÆ NASSAVIORUM,

TYPIS, JOHANNIS NICOLAI ANDREÆ.